





2
6
409












Ex legato Dnd. Equitis Antonii
Francisci de Marmis



ORTVS DELITIARVM.



Pientissimo Patri Don Laurentio Iustiniano Cartusiensis familiæ integerrimo alumno Gaspar bracellus.S.P.D.



Olent plerinq; Reuerẽde Pater:qui litterarũ cultui ope rantur:dum laborũ suorũ fructus aliis degustandos pro ferũt:delectationẽ dũtaxat illis ostendere:quã ex cultu ræ suæ studiis percepere.Sunt qui gloriæ cupiditate ille cti iisdẽ laboribus insudant:sperantes inde sibi apud posteros immortale nomen comparari.Contra alii satyrici illud se cuti:Quis.n.uirtutẽ amplectitur ipsam præmia si tollas?mercede dũ taxat:aut mercedis spe tracti hunc agrũ assiduis laboribus exercẽt. Quosdã uero scimus eadẽ aggressos:ut Principibus & magnis uiris qui talia sibi iniunxissent:rẽ gratã facerẽt:eorũq; uolũtatibus morẽ gererent:Sicq; alios aliis de causis quantũ in studiis suis profecerint: ostentasse.At tu pientissime Pater eadẽ aĩ magnitudine:qua illa cõ tempsisti:quæ reliqui mortales admirantur:cũ ad ueræ doctrinæ cul tũ animũ intenderis:non gloriã:nõ præmiũ:aut illa ad quæ ceteri: tanq̃ ad certũ scopũ conatus suos intenderunt:appetenda tibi pro posuisti:Sed in lætissimo diuinarũ scripturarũ cãpo die noctuq; ope ratus:eã frugẽ inde collegisti:qua hominũ cœtus celesti ueluti am= brosia depasti ad uerã felicitatẽ alerentur:Cum sancti & eloquen= tes uiri:qui in suis contionibus hoĩes aut a uiciis deterrent:aut ad uirtutes cohortãtur ex pleno hoc orreo ea depromere possint:quæ ad certã aĩarũ salutem hominibus apponant. Tu.n.tãquam sedula apes amenũ sacrarũ literarũ cãpũ paruolitãs ex illorũ floribus tam dulces concinnasti fauos:ut ad uere felicitatis nutrimẽtũ nihil præ terea sit homini religioso perquirendum.Cuius quidem rei de me ipse cõiecturam facio.Nam tanta suauitate labores isti tui me affe cerunt:ut succisiuis horis nihil mihi fit iucũdius q̃ tam frugiferi ope ris lectiõe aĩum pascere:& ne preciosum hoc talẽtum mihi a domi no creditũ cũ aliqua liuoris sugillatione apud me defossum tenere tur:illud ad cõem humanæ societatis utilitatẽ disseminandũ cẽsui. In qua quidẽ re tanq̃ altero Triptolemo usus sum Alexandro Mi nutiano qui de christiana religione tam bene sentit pieq; semper loquitur:ut nemo aptior uisus fuerit:qui creditos labores tuos ma= iore cum synceritate ex libraria sua officina I uulgaret. Inscriptionẽ immutassem:nisi placitæ tue humilitatis offensam timuissem qui uberrimum delitiarũ omnium campũ ortulum nuncupari maluisti. Sed tuæ morẽ gessimus uoluntati.Tu uero pientissime pater:quẽ scio in incepto cultu nunquã cessaturum:quicquid inde frugis per ceperis mihi impertiaris.Vale:& incunctis tuis ad deum precibus nostri memor uiue.



Omine deus meus da cordi meo te desiderare: desiderãdo querere: querẽdo iuenire: iueniẽdo amare: amãdo mala redimere: redẽpta nõ iterare. Da dñe deus meus cordi meo penitẽtiã: spiritus cõtritionẽ: oculis lachrimarũ fontẽ: mãib9 elemosynę largitatẽ. Rex meus extingue in me desideria carnis: & accende ignem tui amoris Redẽptor meus expelle a me spiritum superbię: & concede propicius thesaurũ humilitatis tuę: Saluator meus amoue a me furorem irę: & indulge mihi benignus scutum patientię: creator meus euelle a me animę rancorem: & largire mihi mitis mentis dulcedinem. Da clemẽtissime pater mihi solidam fidem: spem congruam: charitatem continuam. Rector meus auerte a me uanitatem: mentis inconstantiam: cordis uagationem: oris scurrilitatem: oculorum elationem: uentris ingluuiem: opprobria proximorum: scelerum detractionem: curiositatum pruriginem: diuitiarum cupidinem: potẽtatuum rapinam: inanis glorię appetitum: hippocresis malum: adulationis uenenũ: cõtẽptum inopum: oppressionẽ debiliũ auaritię ardorem: inuidię rubiginẽ blasphemię mortem. Reseca in me rector meus teneritatẽ iniquam: pertinaciam: inquietudiuẽ: ociositatem: somnolentiam: pigritiam: mẽtis hebetudinẽ: cordis cecitatem: sensus obstinationẽ: morũ truculentiam: boni inobedientiã: cõsilii repugnantiã: linguę effrenationẽ. pauperũ predam: impotentum uiolentiam: nocentium

calumniam: subd.torum negligentiam: circa domesti cos serenitatem: aduersus familiares impietatem: erga proximos duritiam. Deus meus misericordia mea: oro per dilectum filium tuum da mihi misericordię opera: pietatis studia: compati afflictis: consulere erroneis: suc currerē miseris: subuenire egenis: cōsolari mestos: releua re oppressos: pauperes recreare: flebiles refouere: dimit tere debitoribus: parcere in me peccātibus: odiētes me diligere: pro malis bōa reddere: neminem despicete sed honorare: bonos imitari: malis cauere: uirtutes ample cti: uicia reiicere: in aduersis patientiam: in prosperis cō tinentiam: custodiam oris: & ostium circūstantię labiis meis: terrena calcare: celestia sitire Amen. Aug.

Authoris consilium.



N conuersionis meæ primordio cum ob mē tis recreationem auctoritates sanctorū legerem: quę postmodum ut sciui ordinaui per alphabetum: ut que ad meditationem: prędicationem: disputationem ibidem essent utilia: leuius reperirētur. Hoc autem sciat lector q repperi aliquādo diuersos do ctores unum dixisse: aliquando eundem doctorem idē in diuersis libris: Opusculum autem istud ortum deli tiarum appellaui.

ABSTINENTIA.

Abstinẽtia & uiuificat & occidit: uiuificat anĩmum occidit corpus. Isidorus. Abstinentia magna & admirabilis uirtus est: per quã homines filii dei efficiuntur: per quã uitia expellũtur & demones: per quam non solum animarum salus agitur: sed corporum sanitas possidetur.

¶ Propter crapulam multi obierunt. qui autem abstinens est adiiciet uitam. Prouer.

¶ Sobrietatem etiam sapientiam docet & iustitiam & uirtutem. Sapien.

¶ Qui ergo mẽinit illicita se cõmisisse: studeat a licitis se abstinere. & qui prohibita cõmisit, sibimet abscidat concessa. Qui uero adhuc peccatum plangit suum: perpetrare uitia timeat & reprehẽdat se in minimis: qui meminit se deliquisse in maximis. Aug.

¶ Solicite prouidendum est: ut quos saturitas de paradiso expulit, esuries reducat. Hiero.

¶ Superfluitas cibi generat morbos uarios & mortiferos: moderata uero refectio sanat egritudinem: ꝓcurat sanitatem & hilaritatem. Hieronymus

Grandis anime exultatio est: cum paruo contentus fueris, mundum habere sub pedibus: & omnem eius pompam & epulas ac libidines propter quę diuitię conquiruntur, uilibus commutare cibis. Hiero.

¶ Sobria.n. mens passiones oẽs cohibet: sensus gubernat sermonem regit: sobrietas enim mentis medicina ẽ corporis. Ambro.

Abusio.

¶ Abstinebo a uino: quia iu uino est luxuria: aut si infir mus sum, modico utar. abstinebo a carnibus ne nimiū nutriam carnem: simul & carnis nutriam uitia. Panem ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato uentre stare ad orandum tedeat. Carnem oportet refringere non extinguere: reprimere non opprimere: seruiat non seuiat: ancilletur non dominetur. alioquin qui secundum carnem uixerit morietur. Bern.

ABVSIO.

DVodecim abusiua sunt seculi: hoc est sapiens sine operibus. Senex sine religiōe. Adolescēs siue obedientia. Diues sine elemosyna. Femina sine pudicitia. Dominus sine uirtute. Christianus cōtentiosus. pauper superbus. Rex iniquus. Episcopus negligens. plebs sine disciplina. Populus sine lege. in hiis duodecim abusiuis suffocatur iustitia. hec sunt duodecī abusiua huius seculi: per quę seculi rota si in illa fuerit, decipitur: & ad tartari tenebras nullo impediente iustitię suffragio per iustum Dei iudicium rotatur.

Augustinus.

¶ Sunt non nulli: qui solerti cura spiritualia pręcepta perscrutantur: sed quę intelligendo penetrant, uiuendo conculcant. repente docent quę non opere: sed meditatione didicerunt: ꝙ uerbis predicant moribus impugnant. Gregorius.

¶Si forte in corpore parum aliquid morbus pulsauerit, statim & medicos adhibemus: & pecuniam profundimus: & omnia obseruantia quę competunt, gerimus. nec prius cessatur: q̄ quę molesta sunt mitigātur. Anima uero cum quottidie uulneretur: cum singula lanietur: pręcipitetur: & modis omnibus pereat, nec parua quidem pro ea nos cura solicitat.

Crisosto.

¶Matres corpus natorum suorum amant: animam autem contemnunt. desiderant enim illos ualere in seculo isto: & non curant quid sint passuri in illo. Alii patres milicias filiis suis prouident: perditionem illorum cum magno precio comparant, & salutem illorum nec dono accipere uolunt, Si uiderint illos pauperes, tristantur & suspirant: si autem uiderint illos peccantes, nemo tristatur: ut ostendant: quia corporum parentes sunt: non animarum. Cris.

¶Mulier speciosa quid est: sepulchrum dealbatum nisi fuerit casta: sobria: pudica. Pulchritudo autem est sine his uirtutibus pręcipitium patens: uenenum insipiētibus compositum. Cris.

¶Mulier quid est: nisi amicitia inimica: ineffugabilis pena: notoriū malū: naturalis temptatio: desiderabilis calamitas: domesticum periculū: mali natura: boni colore depicta. Ergo si dimittere illam peccatum est: tenere autem uero tormentum est, necesse est aut dimittens adulterium faciamus: tenentes quotidianas pugnas &

amaritudines habeamus. Cris.
Mulier: quem iudicem meliorẽ requirimus deformitatis tuæ: quum te ipsam uidere times? Si pulcra quid absconderis: si deformis, cur te formosam esse mentiris: nec tuæ conscientię: nec alieni gratiam oris habitura: Augu. unde ciprianus. dominus tuus dicit non potes facere capillum unũ album: aut nigrum: & tu ad uincendam domini tui uocem uis te esse potiorem audaci conatu: & sacrilego contentu. crines tuos inficis: malo presagio futurorum. capillos iam tibi flammineos: unde Hie. qua fiducia erigit ad celũ uultus: quos cõditor nõ Agnoscit.
¶ Monstruosa res est gradus summus & animus infimus: status supremus & gressus minimus: sedes prima & uita ima: lingua magniloqua & manus ociosa. sermo multus & fructus nullus: uultus grauis & actus leuis. ingens auctoritas nutans stabilitas. Bernar.
¶ Muliebre est litigare. Seneca.
¶ Eleuatus in rota fortune dicit glorior elatus. descendens dicit descendo mortificatus. deiectus dicit: infimo axe rotor. Ascendens dicit letus ad alta uehor.
¶ Si pulcher es, lauda naturam. si nobilis, lauda parẽtes. si uirtuosus & sapiens lauda te ipsum. si diues, lauda fortunam. si potens, experta paulisper & nihil eris. Seneca.

ACTIVA VITA.


Ctiua etenim uita est panem esurienti tribue re: uerba sapientie nescientem docere: erranté corrigere: ad humilitatis uiam superbientem proximum reuocare: quæ singulis quibus expediant dispensare: & commissis nobis qualiter subsistere debeât prouidere. Grego.

¶ Vita actiua habet solicitum cursum. contemplatiua uero habet gaudium sempiternum quod non auferetur ab ea in eternum. Item in contemplatiua uita regnum precipitur: in actiua regnum acquiritur. hęc. s. actiua facit te plurimorum bonorum copia operum pulsare ianuam. hęc scilicet cõtemplatiua uocat cõsumandos in patria. in hac scilicet actiua contemnitur mundus: in illa uidetur deus. hæc Prosper. Vnde: Augustinus sicut malis operibus quasi quibusdam uectibus & feris uitę nobis ianua clauditur: ita absque dubio bonis operibus aperitur: igitur non solum bonis operibus hominis interioris: Sed etiam bonis operibus hominis exterioris peruenitur ad eterna. quia deus reddit unicuiq; secundum opera sua. Augusti.

ADVLATIO


Dulatio prohibetur clericis. si exercent adulationem degradandi sunt. xlyi. di. capitulo. clericus. in multis maxime isto tempore regnat hoc uitium adulationis. quodq; grauissimum est

eo fit: ut iam cum adulari nescit, aut inuidus aut superbus putetur. Vnde Hieronymus ad rusticum monachum. Ne credas laudationibus tuis, imo irrisoribus aurem ne libenter accomodes: qui te cum adulationibus fouerint: & quodammodo impotem mentis effecerint. idem ad Celantiam Beatusq; est: qui ita se contra hoc uitiũ armauit: ut apud eum nemo detrahere audeat

¶ Sepe bono operi dum laus humana obuiat, mẽtem operantis immutat: quę quamuis quesita non fuerat, tamen oblata delectat: cuius delectatio est. Dum mens bene operantis resoluitur ab omnium intentiõe intimi uigoris quam totius dissipatur. Grego.

AMBITIO SINE CVRIOSITAS

AMbitio autem habet & domesticum periculum. ut enim aliis dominetur, prius seruit. curriatur obsequio ut honor dicitur. & dum uult esse sublimior fit remissior. Ambro.

¶ Graue namq; curiositatum est uitium: quę dum cuiuslibet mentem ad inuestiganda uitæ proximi exterius ducit, semper & sua intima abscondit: ut aliena sciẽtes se nesciens. Grego.

¶ Curiositas est studium perscrutandi ea: quę scire nulla ẽst utilitas Anselmus. unde: Sene. nil tam damnosum bonis moribus quam in curioso spectaculo residere. tũc ne per uoluntatem facilius uitia surrepunt.

¶ Curiosum ad cognoscendum uitam alienam: & desi diosum ad corrigendam suam fuge. Augu.

¶ Cor enim ambiciosi nunquam quiescit: sed uel ho norem quem non habet appetit: uel eum quem habet, amittere metuit. & diabolus cor eius semper mouet. & rotat tanquam molendinum quod nunq̃ pausat. Ber.

AMICITIA



Micitia uera eodem oculo respicit amicum di uitem & mendicum: fortem: & debilem: sa- num & infirmum: humilem & sublimem: & contra falsus facit. Petrus blasensis

¶ Cum quis in prosperitate diligitur, in certum est ual de utrum prosperitas an persona diligatur. amissio autẽ felicitatis interrogat uim dilectionis: Gregorius.

¶ Dilectio opere est demonstranda, ne sit infructuosa nominis appellatio. Alcuinus.

¶ Hec igitur prima lex in amicitia santiatur: ut neq; ro gemus res turpes: neq; faciamus rogati. Tullius

¶ Tollerabiliora sunt enim amici uulnera: quam oscu la adulãtium. Ambrosius.

AMOR DEI ET PROXIMI



Iliges dominum deum tuum &c: deuterono- mium: yi. unde. Gregori. per amorem dei gi- gnitur amor proximi: & per amorem proxi- mi nuttitur amor dei. Nã qui amare negligit deum, negligit & diligere proximum, & plenius in Dei di- lectione proficimus, Si in eius Dilectionis gremio

proximi charitate letamur: dicturus ergo diliges proximum tuum, premisit diliges dominũ deum tuũ: ut prius in nobis radicẽ sui amoris figat: & postea fraterna dilectio ramos expandat. Quod autem amor Dei proximi amore coalescat, id ostendit dicens. qui non diligit fratrem suum: quem uidet, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? dilectio Dei per timorem nascitur: sed in affectu crescendo mutatur: ut autem ostendatur quam longe quisque sit a charitate proximi: uel in ea profecerit: alios flagellis Deus deprimit: alios successibus fulcit. sepe enim eos miseros insequitur: qui felices sine comparatione: uenerantur. Cum aũt quis in prosperitate diligit uel diligitur, incertum est prosperitas an persona diligatur. In bonis enim non agnoscitur amicus: & in malis non absconditur inimicus.

Gregorius.

¶ Ad Deum tendere est semper eum per desiderium querere: per cogitationem inuenire: & per gustum tangere. hec Hugo. unde. Gregorius si semel in appetitione celestis patriæ forti stabilitate animus per intentionem figitur, minus rerum temporalium perturbatiõe uexatur. A cunctis quippe exterioribus motibus eandem intentionem suam quasi quendam secessum secretum petit: ibiq; incommutabili inherens: & mutabilia cuncta transcendẽs: iam ipsa tranquillitate quietis suę in domo scilicet in mundo extra mundum est: excedit quippe omnia ima intentione summorum. & cunctis

rebus quas non appetit, libertatem quãdam super esse se sentit, nec tempestatem rerum temporalium tutus sustinet quam intuetur foris. quia terrena omnia quę cõcupita opprimere mentem poterant: despecta subtus iacent. Vnde per Prophetam dicitur: Statue tibi speculam: quia dum quisq; speculatur summa: superemi-nent infima. Grego.

¶ Qui mente integra Deum desiderat profecto iam habet quem amat. Gregori.

¶ Quam felix & quam beatus est qui in solo eternitatis desiderio per amorem figitur. qui nec prosperitate extollitur: nec aduersitate quassatur. & dum nihil habet in mundo quod diligat nihil est in mundo q^d pertimescat. Gregori.

¶ Tanto enim quis ab illo superno amore disiungitur quanto inferius delectatur: & citius ad deũ conuertitur: qui non habet in hoc seculo unde delectatur Greg.

¶ Licet corpus nostrũ possit mori: tamen ipsum quo diligimus deũ. s. anima, mori non potest: nisi dum non diligit deum: cui mors est non diligere deũ. quod nihil aliud est quã ei in diligendo aliquid preponere. Augu. unde anselmus: Maxima causa quare debemus diligere deum: scio namq; domine q; licet multę sint causæ. multę sint rationes: quare te deberemus diligere, nulla tam maior causa: nulla cogentior ratio: quam nostræ redemptiõis modus. debemus diligere te: quia nos creasti: quia nos nutristi: quia pascis & uestis.

¶ Miser ego quantum deberẽ diligere deum meũ qui

me fecit cum non eram: redemit cum perieram. non erã & de nihilo me fecit non lapidem nõ arborem non auẽ aut aliquod aíal: sed uoluit me esse hominem. dedit mihi uiuere & sentire: Discernere & intelligere. perieram et ad mortalem descendit. mortalitatem suscepit. mortem sustinuit. mortem uicit & sic me restaurauit.

Augustinus.

¶ Ad se quippe uenire precipit deus non gressibus corporis: sed profectibus amoris: & spiritus ueritate. Venite ad me omnes qui laboratis. Matheus. xv. unde Augustinus. iter tuum uoluntas tua est: amando ascendis: negligendo descendis. sanctus in terra in celo es si diligis deum.

¶ Sed requirendum est si in mundo sit aliquid q̈ amari debeat & quid sit ille mundus quem diligi, diuina eloquia uetant. terra uero cum nascentibus ex ea & metallum & animantia: & pulchritudo uestium: & oblectationes ciborum: & ea que ad hanc pertinent non diligi precipiuntur: sed proximus propter quem omnia facta sunt. hæc amare iubetur: hęc enim omnia predicta uelut non mansura ad celestem patriam pergentes comitari nequeunt. Proximi uero uelut mansuri reges coheredes semetipsos Licenter in uicem diligant. quod ergo semper in mundo non manet & cum mundo pariter deficiet ipse mundus non amari precipitur. proximus autem qui est pars regni celestis in terra inter ima elementa a regni celorum

appetitoribus non incongrue amatur: dum in summa illa patria in æternum cohęres habebitur. Propterea uero mundus presens, non diligi imperatur ne a dei dilectione alieni seculi dilector quisqꝫ efficiatur: non ergo debet contendi quod non licet amari.

Augustinus.

¶ Diligamus non uerbo neqꝫ lingua. sed opere & ueritate. non ergo uera dilectio est. nisi sit in corde et opere in affectu et effectu.

Ioannis. iii. capitulo.

¶ Amemus & nos christum: & facile uidebitur eẽ omne dificile.

Hieronymus.

¶ Amor uerus ueritatem amat: in ueritate iudicat: pro ueritate certat: cum ueritate opera consumat.

Beda.

¶ Sunt homines qui propterea timent deum: ne mittãtur in gehennam: ne forte ardeant cum diabolo in igne eterno. ipse est timor qui introducit sed sic uenit ut exeat: Si enim propter penas times deum: mundum amas quem sic times: non bona desideras: Sed mala caues: sed ex eo ꝙ mala caues corrigis te & incipis Bona desiderare: que cum desiderare ceperis erit in te timor castus: quid est timor castus? timere ne amittas ipsa bona. timere deum ne recedat a te. cum autem times deũ ne te desiderat patientiam eius amplecteris: cum ipso frui desideras. hęc magister

¶ Qui in sancto desiderio intus æstuat, ad quo dlibet opus bonum habilis inuenitur. quia nihil duri in corde: In intentione portat quod non feruore ęstuantis deside rii in deum liquescat. Origenes.
¶ Vnde legitur quendam philosophum dixisse quãdo cogito de pace & quiete quę est in corde puro: de delectatione quę est in intellectu Deum contemplante: de securitate & de spe quę est in corde deum diligente, tũc iudico ꝗ talibus intendere nihil aliud est q̃ deo conformiter uiuere.
¶ Qui diligit proximum legem adimpleuit. Pau.

AMOR SECVLI.


Vius mundi amor dulcis in principio esse ui detur: sed finem habet amarum. Amor uero Dei ab amaritudine incipit: sed ultima eius dulcedine plena sunt. Hugo.
¶ Nequitia est mundum istum diligere: & ea que nascuntur: & transeunt pro magno habere: & ea concupiscere: & pro his laborare ut acquirãtur. & lętari cũ abũdauerint: & timere ne pereant: & contristari cũ pereũt, talis uita: non potest puram illam & synceram & incõmutabilem uidere ueritatem & inhęrere illi & in æternum non moueri. Augu.
¶ Quid uis utrum amare temporalia & trãsire cum tẽpore: aut mundum non amare & in ęternum uiuere cũ deo: sed ue tibi si amaueris condita & deserueris conditorem. Augu.
¶ Miser est omnis animus iunctus amicitia rebus tem

poralibus:que cum labore acquiruntur:cũ timore pos sidentur cum dolore amittuntur. Augu.

¶ Scitote fratres carissimi: q̄ post mundi gaudia sequũ tur eterna lamẽta:qa non põt hic quis & in futuro gau dere.si ergo monache hic gaudere cupis, scias iam te eẽ exulem pattie celestis:si hic ploraueris, iam patrię cele stis ciuis constitueris: Beati inquit qui lugent quia cõ solabuntur. Quę cõmisisti fleas quottidie:& quę com mittere proximos uides quasi tua sint uulnera. Aug.

¶ Scriptum est fratres carissimi: q̄ mundum nõ diliga mus:quum mundus transit & concupiscentia eius. O munde immunde qui homines in laqueare non desinis: quiescere non permittis:rapere omnes appetis: occide re omnes queris. ue qui tibi credit. Beatus qui tibi resi stit:sed beatior qui a te illesus recedit. O mũde proditor cuncta bona promittis: sed cuncta mala profers. pro mittis uitam: sed donas mortem: promittis gaudiũ sed largiris merorem:promittis quietem sed ecce turbatio: promittis florem sed cito uanescit:promittis stare sed ci to recedis: non ergo es diligendus quum omnino ttan sis & concupiscẽtia uelut fumus euanescit. O mũde im munde fallax & proditor:nunquid non periculosior es blandus q̃ molestus: nunquid non magis timendus dũ allicis q̃ dum spernis. Aug.

¶ Recedat ergo amor uitę pñs: & accedat ardor uitę ad uenietis:ubi nulla aduersitas turbat.nulla necessitas an gustat: nulla molestia inquietat: sed perennis lętitia re gnat: & cõsidera quanta sit felicitas futura.ubi nullum

erit malũ: nullũ latebit bonũ: uacabitur dei laudibus: q erit oĩa in oĩbus: ibi.n. nulla desidia cessabitur: nulla indigentia laborabitur: ibi esse nostrũ nõ habebit mortẽ: nosse nostrũ nõ hẽbit errorẽ: amare nr̃um nõ hẽbit offensionem: ibi aberit oĩs tarditas: oĩs corruptio: oĩs deformitas: oĩs infirmitas: ibi celũ nouũ & terra noua: ibi similes erimus angelis dei. & si nõ ætate certe tamẽ felicitate. Augustinus.

¶ Qui.n. plus diligit mũdũ q̃ deũ: seculũ q̃ claustrum: gulam q̃ abstinentiam: luxuriam q̃ cõtinentiã, sequitur diabolũ & ibit cũ eo ad eternum suplicium. Augu.

¶ Vsu terrenę curę a celesti desiderio obdurescit aĩus: & dũ ipso suo usu durus efficitur p actionẽ seculi, ad ea tolli nõ ualet quę ptinẽt ad charitatẽ dei Gre. unde. Aug. amici huius mũdi timẽt ab eius ãplexu separari: ut nihil sit ei laboriosius q̃ huius seculi labor. unde. Gre. q̃busdã prauis mẽtibus nihil laboriosius q̃ si eis p̃cipiat̃ ut ĩ huius mũdi actibus nõ laborẽt: uñ Sene. Oĩa ĩpedimenta dimitte: & uaca bonę menti. nemo enim ad illam peruenit fortuitis occupatus.

¶ Volue igit̃ & reuolue nõ tãtũ auditis sed ẽt ex exptis nõ tantũ ex dictis sed ẽt ex factis q̃ instabilis sit mundana opulẽtia: q̃ mutabilis mũdana excellẽtia: q̃ falsa & miserabilis gloria mũdana. Aug. unde Gre. oẽ. n. q̄ hic eminet multo plus merore afficitur q̃ honore gaudeat.

¶ Pepones porriq; numeri. xi. uñ. Greg. carnaliũ mẽtes pro amore seculi dura quædã: quasi quędã mollia & delectabilia ferre paratæ sunt: dũ in hac uita rerũ culmina

apprehẽdere conãtur: cessationẽ a mũdi labore dñs im
perat: quietis dulcedinẽ psuadet. & tñ uesana iniquorũ
mens plus assequi aspera carnaliter: q̃ tenere blãda spi
ritaliter gaudet. plus acerbitate fatigationis: q̃ quietis
dulcedine pascitur. Sic israelite dũ refectionẽ mãne de
sup pciperent, ab ęgypto ollas carniũ pepones porros
cepasq; capiebant: significat. n. mãna grãm suauissimi
saporis ad refectiõis uitæ interioris bene uacantibus de
super datã: ollę carniũ carnalia opera uasis tribulatio-
num laboribus quasi ignibus exquo quenda pepones
terrenas dulcedines. porri & cepę quę lachrimis come
dũtur. dificultatẽ pñtis uitę quę nõ sine luctu agitur: cũ
lachrimis amatur. Mãna igitur deserẽtes cũ peponibus
& carnibus porros cepasq; quæsierunt: quia peruerse se
mentis dulcia grẽ p quietẽ dona despiciunt. pro carnali
bus uoluptatibus laboriosa huius uite itinera ẽt lachri
mis plena cõspiciũt. cõtẽnũt hẽre ubi spiritualiter gau
deãt: & desiderãtes appetũt ubi carnaliter gemãt. Gre.
¶ Quasi in aquis defluentibus: est fundamẽtũ ponere
in rebus labẽtibus spei fiduciã uelle solidare. Gre.
Momẽtaneũ ẽ qd delectat: eternũ uero qd cruciat. Gr.
¶ Nemo etenim potest & hic gaudere cum seculo: &
ibi regnare cum deo. Gre.
¶ Quia talis ẽ uel erit qsq; qualis eius dilectio ẽ: terrã
diligis, terra eris: deũ diligis, qd dicã deus eris nõ audeo
dicere ex me. scripturas audiamus: ego dixi dii estis &
filii excelsi oẽs. Si ergo uultis esse dii & filii altissimi,
nolite diligere mundũ: neq; ea quæ in mũdo sunt: si qs

dilexerit mundum non est charitas patris in illo. Augu.
¶ Nihil namq; seculo rebusq; seculi fugacius est: quae cum tenere cupimus amittimus. uidisti imperatores. uidisti prefectos. uidisti exercitus uictorias & triumphos heri fuerunt hodie non sunt. heri quasi flos apparuerũt hodie quasi fenum euanuerunt. Hieronymus.
¶ Scriptum namq; est quicunq; uoluerit esse amicus seculi huius: inimicus dei constituitur. Pau.
¶ Qui enim secundum carnem sunt quę carnis sunt sapiunt. Qui uero secundum spiritũ, quę sunt spiritus sentiunt. nam prudẽtia carnis mors est: prudentia aũt spũs uita & pax: quoniã sapiẽtia carnis inimica est deo. Pau.
¶ O infelices amatores seculi male securi, quantũ distat uestrũ consilium a consilio iustorũ: proculdubio a consilio utrorũq; magnũ chaos firmatũ est. Berna.
¶ Dixit simon petrus ad xp̃m ecce relinquimus oĩa &c. unde Bernar. Optime & non ad insipientiã tibi: nam mundus transit & cõcupiscentia eius: & relinquere hec magis expedit q̃ ab eis derelinqui.
¶ Tu ergo si recte sapis: si tecũ lumen oculorũ est, desine sequi: quę consequi miseria est: quę possessa onerant amata inquinãt: & amissa cruciãt. tu ergo relinque hec oĩa propter cũ qui est super oĩa. fuge ergo & cõfuge ad urbẽ refugii. hoc est ad uitam religiosam. ubi possis de preteritis agere penitentiã: & in presenti obtinere gratiam: & feliciter prestolari futurã gloriam. Bernar.
¶ Oĩs iucunditas: oĩs suauitas: oĩs dulcedo rerũ creatarum afficere põt cor humanũ. saciare non põt. Hugo.

Bona.errat cognitio.declinat affectio.

¶Qui terrenis inheret inuenire nõ põt nisi q̃d in terre nisate est .s.amaritudinẽ & dissipationẽ. Origenes.

ANGELVS.



Ngeli quottidie de terra longinqua.i.de superna patria descendentes in mundo iustos uel inter tentationes sepe celestium roborãt: uel finito certamine ad palmam retributionis inducũt. Gregorius.

¶Angelorũ spiritus idcirco irremisibiliter peccauerũt. quia tanto robustius stare poterant: quanto eos carnis admixtio non tenebat. Homo uero idcirco post culpã ueniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quo se metipso minor esset accepit. Grego.

¶Nisi angeli quedã nobis in terra nnnciãtes ad tẽpus ex aere corpora sumerẽt, exterioribus ꝑfecto nr̃is obtutibus nõ apparerẽt: nec cibos cũ Abraã caperẽt nisi ꝑꝑ nos solidũ aliq̃d ex celesti alimẽto gestarent. Gre.

¶Hi qui ima nunciant Angeli: qui suprema annũciãt Archangeli uocantur. hinc est q̃ ad Mariam uirginem non quilibet Angelus: sed gabriel Archangelus mittitur. Virtutes uocãtur hi nimirũ spiritus: per quos signa & miracula frequenter fiunt. Potestates uocantur hi q̃ hec potentius in suo ordine perceperunt: ut eorum ditioni uirtutes aduersæ subiecte sint quorum potestate refrenantur. ut corda hominum tantum temptare preualeant. quantũ uolunt. Principatus quoq; uocãtur & ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus p̃sunt: q̃ subiectis

aliis dum quęcunq; sunt augenda disponunt eis ad ex
plenda diuina misteria principantur, Dominationes uo
cantur qui etiam potestates principatuum dissimilitu
dine alta transcendunt. Ea ergo angelorũ agmina quę
mira potentia preeminent. pro eo q̧ eis ceteraad obediẽ
dũ subiecta dominationes uocantur. Trhoni quoq; il
la agmina sunt: uocata : quibus ad exercendũ iudicium
semper deus ipse pręsidet. Et sublimiora illa agmina iõ
Cherub in uocata sunt : quia tanto perfectiori scientia
plena sunt. quanto claritatem dei uicinius contemplan
tur: ut secundum creature modum eo plenius oĩa sciãt:
quo uisioni cõditoris sui per meritum dignitatis appro
pinquant. Seraphin autem ardentes uel incendentes uo
cantur quia deo coniuncti sunt: ut inter hos & deũ nul
li alii spiritus medii intersint: tanto magis ardent: quan
tum hunc uicinius uident. Idem in ea homelia. Distin-
cte conuersationes singulorũ hominum distinctis ordi
nibus congruunt : & in eorum sortem uel ordinem per
cõuersationem similitudine deputantur. Nam sunt ple
riq; qui parua capiunt: sed tamen hec eadem parua pie
annunciare fratribus non desistunt. Isti itaq; in angelo
rũ numerũ currũt: & sunt nonnulli qui diuinę largitatis
munere refecti secretorum celestiũ summã non solũ ca-
pere p̃ualent: sed ẽt aliis nũciare: quo ergo isti nisi in Ar
changelorũ numero deputãtur? Et sunt alii qui faciunt
mira signa ualẽter operãtur, quo ergo isti nisi ad supna
rũ uirtutũ sortẽ & numerũ cõgruũt? Et sũt nõ nulli q ẽt
de obsessis corporibus malignos spiritus fugant ; eosq;

uirtute orationis & ui accepte potestatis eiiciunt. quo itaq; isti per meritum suum nisi inter potestatum celesti um numerum sortem sortiuntur? Et sunt non nulli qui acceptis uirtutibus et electorũ hoĩum merita transcen dũt: cũq; & bõis meliores sint, electis quoq; frĩbus pri cipãtur. quo ergo isti sorté suã nisi inter principatuũ nu merũ acceperũt? Et sunt non nulli qui sic in semetipsis cunctis uiciis oĩbusq; desideriis & illecebris dominãtur ut ipso iure mundicię dei inter hoĩes uocentur. Quo er go isti nisi inter numerũ dominationum currũt? Et sunt nõnulli qui dũ semetipsis uigilãti cura dominantur: dũ se solicita intentiõe discutiũt: diuino timore semper inhe rentes, hoc ĩmunere uirrutis accipiũt: ut iudicare & rege re alios possint. quorũ profecto mẽtibus diuina cõtem platio presto est. in his uelut in trhono suo dñs presidẽs aliorũ facta examinat: & cuncta mirabiliter de sua sede dispensat: quid ergo isti nisi trhoni sui conditoris sunt? Quia uero Cherubin plenitudo sciẽtię dicitur. & Paulo dicẽte didicimus qa plenitudo legis est charitas: oẽs q dei ac ꝓximi charitate ceteris amplius pleni sunt, meri torũ suorũ sorte ĩter Cherubin nũeros pceperũt: & sunt nõ nulli q supnę cõtẽplatiõis amore accẽsi in solo cõdi toris suo desiderio anhelãt: nĩl iã in hoc mũdo cupiũt: solo eternitatis amore pascũtur: terrena quoq; abiiciũt: cũcta tẽporalia mente trãscendunt. amant & ardent lo quendo. & alios accendũt: quos uerbo tãgũt, ardere ꝓ tinus in dei amore faciũt, quid ergo istos nisi Seraphin dixeri? quorũ cor ĩ ignẽ cõuersum lucet & urit. Gre.

¶ Angelus bonus adest unicuiq; nostrum qui regat moueat: q pro actibus nostris corrigẽdis & miserationibus nostris exposcẽdis quottidie uideat faciẽ dei. Hec glosa
¶ Intellige quãtus honor nobis existit: ut ad nos sicut amicos ministros angelos suos destinet deus . quã uis. enim multum intersit inter angelos & homines, propinquos tamen nobis eos fecit deus. quia nostrę saluti student. propter nos discurrunt. nobis suo funguntur officio. inter distantia potestatum est: & per graduũ dignitatem misteria eisdem sunt distributa: aliisq; alii preferuntur tam culmine potestatis q̃ sciẽtia ueritatis . Chri.
¶ Angelus est substantia intellectualis semper nobilis: arbitrio libera: incorporea . deo ministrans secundũ gratiam nõ naturã ĩmortalitatẽ suscipiens . Damascenus.
¶ Animam suã nemo uidit. nec tamen se dubitat aiam habere: qui ĩ nõ uidit: ex inuisibili nãq; aia uisibile regitur corpus ex in uisibili ergo substantia in hac uita uisibile uiuitur & esse uitã in uisibili dubitatur. Grego.
¶ Anima aũt preeminet cibo: & corpus uestitur et aia plus est q̃ esca. & corpus tanq̃ uestimentũ. quasi diceret deus. q ꝙ maius est exhibuit: quomodo nõ dabit ꝙ minus est: nõ ergo multũ nr̃a intentio modicis insistat. nec ĩtellectus nr̃ seruiat ad uestitũ & uictũ q̃rẽdũ . Gre.
¶ Aĩa esse sine delectatiõe nunq̃ põt: nã aut in infimis delectatur: aut in summis. & quãto maiori studio exercetur ad summa: tanto maiori fastidio torpescit ad ima: quantoq; acriori cura inardescit ad infima tanto torpore damnabili frigescit a summis. utraq;. n. simul & equa

liter amari nõ possunt. Qui ergo terrenarũ rerum amo re uincitur, in deo nullatenus delectatur. Greg. Idẽ: mẽ tem nequaq̃ cogitatio immunda inquinat cũ pulsat: sed cum hanc sibi p delectationẽ subiugat. Grego.

¶ Anima ad similitudinẽ totius sapiẽtie facta oĩum re rũ i se gerit similitudinẽ. unde a philosopho difinita est oĩum rerũ similitudo. si quidẽ in se uires habet: quibus oĩa cõprehendit siue inuestigat. & oĩbus similis existit cũ sit una similis est terre p sensum: aque per imagina tionem: aeri p rationẽ. firmamento p intellectũ: celorũ celo per intelligentiã: similis lapidibus p essentiã: arbo ribus per uitã: animalibus p sensum & imaginationẽ: hominibus per rationem: angelis per intellectum: Et si cut deus est omnibus capabilis & participabilis: Sic anima omnium est capax: Augusti.

¶ Anima est substantia spiritualis simplex indissolu bilis: incorporea: passibilis: atq; mirabilis: carẽs pon dere figura atq; colore. nõ est credenda pars: sed creatu ra dei: nec etiã de substantia dei: uel de qualibet elemen torum materia: sed ex nihilo est creata. si. n. ex semetip so eam deus fecisset, nequaq̃ uitiosa: aut mutabilis: aut misera eẽt. si aũt ex elemẽtis facta fuisset, eẽt corporea cum sit incorporea ignotã habens originem initiũ ha bet. finẽ non habet. & cũ sit spiritualis naturę, nihil ha bet mixtũ concretumq; terrenũ. nihil humidũ uel aęre um uel igneum. nullũ habet colorẽ. nullo loco contine tur. nullis mẽbris circunscribitur. nullo spacio finitur. sed ita cogitanda & intelligenda: sicut sapiẽtia iustitia.

& ceterę uirtutes ab oīpotente creatæ: natura aīe inuisi
bilis est: imo inuisibiliter in corpore manet: & de cor-
pore inuisibiliter egreditur. Aug.
¶ Animæ potentię sunt rationabilitas concupiscibilitas
irascibilitas: Vires sunt sensus. imaginatio: ratio: memo
ria: intellectus: intelligentia. Potentię autem possunt di
ci uires: & uires possunt dici potentie. Augu.
¶ Anima est spiritus intellectualis: rationalis. semper
uiuens. semper in motu bonę malęq; uoluntatis capax:
secundum benignitatem creatoris. atq; secundū sui ope
ris officiū uariis nūcupatur nominibus. Dicitur namq;
aīa dum uegetat: spiritus dum contemplatur: sensus dū
sentit: aīus dum sapit: Dum intelligit mens: dum decer
nit rō: dū recordatur memoria: dū uult uoluntas. Aug.
¶ Anima mirabilis creatura: quo te deiicis. terrā amas,
melior es. solem miraris: pulcrior es. celos cōtemplaris,
altior es: solo creatore tuo inferior: si uis ergo progredi
in me: & ego transeam in te, exi totaliter de te: traham
te in me & introduc me: & sic nec in te nec in ulla crea
turarum quicq̄ amabis preter me. Augu.
¶ Anima inter deum & creaturas media posita est. cō
uersione ad deū, illuminatur: melioratur. perficitur: con
uersione aūt ad creaturas, obtenebratur deterioratur oc
ciditur. Augu.
¶ Certissime scitote fratres. q̄a qualis est caro quę post
dies non percipit cibum: talis est aīa quę non assidue pa
scitur dei uerbo. Augu.
¶ Credere etiā oīa mala accidere aīę ex carne: error ē ne

ab hiis oibus mundemur. Diabolus qui carnē nō habet sed noie carnis totum hoiem significauit qui uiuendo secundum se in hoc cadit: nō.n. habēdo carnē sed uiuendo scd̄m se.i. scd̄m hoiem factus est hō filiis diabolo: qa & ille secundū se uiuere uoluit qn̄ in ueritate nō stetit. Aug.

¶ Duæ sunt uitę. una corpis & altera aiæ. & sic uita corporis ē aia. sic aie uita est deus. & qūo si aia deserat moritur corpus. sic aia moritur si deserat deum: Augu.

¶ Exardesce igitur o aia amore & desiderio supernæ uite sanctorū: ubi ē actio nō operosa requies nō desidiosa. uita sine defectiōe. Laus diuina sine cessatiōe: Aug.

¶ Totū istum mundū sic ornatum fecit deus propter corpora: corpora propter animas: aias ꝑpter se et ideo diligenter custodire debemus animas nostras: quatenus eas mundas & sanctas deo reddere ualeamus: a quo tanta bona accepimus pro eis: Augu.

¶ O Anima non turberis, si mali in hoc mundo florēt & tu pateris. ipsi gaudent: & tu perturbaris. mali heu nihil habent de celesti gaudio. nec cures tu si nihil habueris in hoc seculo: sed spe illius gaudii quo tendis qcquid in uia aduersitatis occurrit, affectus tuus gaudenter & patienter sustineat. Beda. unde Hieronymus. curre igitur o anima mea non passibus corporis sed affectibus & desideriis. quoniam non solum angeli Beati sed angelorum & beatorum dominus & magister te expectat. Expectat Deus Pater tanquam filiam dilectissimam. deus spiritussanctus tam quam amicam sibi gratissimam.

¶O anima egredere paulisper de papiliōe corporis tui: ut in ostio stans uideas dei gloriam pertransire: & presentis laboris ante oculos pinge mercedem. qualis tibi erit dies illa, cū Maria mater domini tibi occurret choris comittata uirginum & cum ipse sponsus tibi cū omnibus sanctis occurret. Hiero.

¶Anima non pro corpore sed corpus pro anima factū est. qui ergo quod primū & melius ē negligit: & quod inferius est extollit, utrūq; corrumpit. Cris.

¶Anima inops quidem uoluntaria, fulget uelut aurū: splendet ut margarita fulgens: florescit autem ut rosa. non.n.est illis tinea: non fur: non solicitudine uite huius negociorum: sed sicut angelus ita conuersatur. Vis huiusmodi anime pulchritudinē uidere? uis ipsius diuitias adiscere? non subiacet demonibus: sed assistit deo: non militat cum hominibus: sed cum angelis. Nō habet arcas duas uel tres uel uiginti: sed talem abundantiam ut hunc mundum uniuersum nihil esse extimet. non habet thesaurum sed celum. non indiget seruis: magis autem habet seruos passiones & cogitationes quæ regnum dominantur: regnum autem & aurum & omnia talia quē admodū puerorū ludibria deridet: & sicut rotas ad pilā hec omnia estimat contemptibilia. Habet enim mūdū quem neq; uidere qui in his ludunt possunt: quid igitur hac paupertate melius ē unq̄? pauimētū deniq; hēt celū: si aūt pauimētū tale est: excogira tectum: sed non hēt inquis equos & currus. quid autem eis hic opus est qui supra nubes uehi debet & esse cū xp̄o. hæc Cri.

¶ Aiæ separatę si sunt beatę in libertate sua est uenire in mundo: & apparere ubicunq; tamen uidentes gloriam dei sicut angeli sancti. Tho. de aquino

¶ Anima semp cogita in periculis: i angustiis: in rebus dubiis: mariam inuoca. non recedat ab ore. nō recedat a corde: & ut impetres oratiōis sufragiū non deseras cō uersationis exemplū. ipsam. n. sequens non deuias: ipsam rogās non desperas ipsam cogitās nō erras. ipsa te nente nō corruis. ipsa protegēte nō metuis: ipsa duce nō fategaris: ipsa propitia securus ad gratiā puenis. Ber.

¶ Anima mea cōsidera igitur cū tremore quid erit de te in die nouissimo qn̄ contra te de cogitationibus loquetur cōscientia: qn̄ te de tuis actionibus oībus accusabūt elementa: quādo contra te crux xp̄i portabitur in testimonium: qn̄ uerbera ipsius contra te clamabūt: uulnera eius allegabūt: claui loquētur. cicatrices: cōquerent: ra angustię hinc erūt: pctā accusantia: inde terrēs iustitia intus urēs cōscientia. foris mundus ardēs: intus iustitia iudicantis terrēs: & si iustus tūc uix saluabitur, impius & pctōr ubi apparebunt. in quam partem se premēt. latere erit impossibile: apparere intolerabile. Bernar.

¶ Anima separa te modo a mundo ut tunc possis manere cum xp̄o. fuge modo a mundo: ut sequaris deū: declina mō prauorū societatē & cōsortia: ut tūc ualeas se qui beatorū agmia. Amb. unde Ber. o gehennalis regio fugiēda: ubi est ignis ardēs: frigus rigens: uermis i mortalis: fetor itolerabilis & mallei pcutiētes: umbrę palpabiles: confusio peccatorum. innodatio uinculorum: hor

ribiles facies demonum. Bernar.

¶ Anima si unã micam quæ cadit de mensa dominorũ in illo conuiuio aperto mẽtis ore sumpsisses, puto per hanc peregrinationẽ ex tunc patienter tolerares. puta si unam gutam de uino potus eius degustasses, omnem huius seculi dulcedinem fastidires. Bernar.

¶ Aĩa namq; quã dei pietas respicit: humilitas subiicit penitẽtia ducit: iustitia deducit: obedientia cõducit: perseuerantia perducit: deuotio introducit: puritas coniungit: caritas unit: habet aĩa in se amorem quo semper põt stare cum deo quia deus caritas est. Bona.

¶ Anima creatum a est uelut tabula rasa datũ est ei corpus humanũ habens organa multiplicia ut in illo possit perfici scientiis: Bona.

¶ Et quia ad beatitudinis premiũ peruenire non est gloriosum: nisi per meritum. nec mereri contingit nisi in eo quod uoluntarie & libere fit, ideo anime rationali libertatem arbitrii dari oportuit per remotionẽ oĩs coactionis: qa hoc est de natura uolũtatis: ut nullatenus possit cogi licet culpa misera efficiatur & serua peccati. Bona.

¶ Anima tãtus debet eẽ in hac uita amor & desiderium perueniẽdi ad illud ad q̃d facta es: & dolor qa nondum ibi es: & timor ne forte non peruenias, ut nullam lætitiam sentire debeas: nisi de his que tibi aut auxilium aut spem conferunt per ueniendi. Anselmus

¶ In sedendo & requiescẽdo fit aĩa prudens. Aristo.

¶ Legitur aũt q cato maior cuidã non credenti imortalitatẽ aię rationalis dixit: Aĩa nostra aut est mortalis

aut in mortalis. si mortalis est & credimus eã esse mortalem, non erunt qui post hanc uitã nos ignorantiæ uel i peritię redarguãt: si uero sit in mortalis. nos qui sumus huius opinionis poterimus eos confundere, qui cõtrarie opinionis sunt: ergo melius est ut teneamus ipsam esse immortalé quia nũq̃ periculũ iminebit ꝗ aliqs post hãc uitam de hac opinione nos redarguat uel reprehendat.

ANTE CHRISTVS


Ascitur aũt antexp̃s in Babilone de tribu Dã iuxta quod iacob ait fiat dam colub er i uia: cerastes in semita: & cũ uenerit ierosolimã circũcidet se dicẽs iudeis ego sum xp̃s uobis promissus: tunc confluẽt ad eũ oẽs iudei: & redificabũt tẽplum a romanis destr uctũ: sedebitq; ibi dicens se deum. Hec haymo

AVARITIA


Varicia non solum pecunie est. sed etiam altitudinis cum supra modũ sublimitas ambiatur. Grego. idẽ de auaritia proditio: fraus: fallacia: p iuria: in quietudo: uiolentię & cõtra misericordias obdurati õẽs cordis oriuntur. A uaritia desideratis rebus habitis nõ extinguitur: sed augetur. nã more ignis cũ ligna quæ consumat exceperit magis excrescit. Gre.

Auaro tam deest ꝗ habet: q̃ quod nõ habet: credẽti totus mundus diuitiarũ est: infidelis etiam obolo indiget. uictus & uestitus diuitie cristianorũ. Hie.

Dices ad auarum. predã quam uis rapere: in muscipula est. tenes alienũ & teneris a diabolo. August.

BEatā uitam facilius est consequi q̄ enarrare: cuius cursus sine termino: usus sine fastidio: refectio sine cibo. sub antiquis & perpetuis gaudiis semper noua iucunditas. & sine timor̄ amittendi continuata felicitas. Cesarius: unde Aug. Pręmium uirtutis ē qui uirtutem dedit. eiq; seipsum: quo nihil maius aut melius esse possit repromisit. quid enim aliud ē q̄ quod per prophetam dicitur. ego ero illorum Deus. nisi ego ero unde sacientur: ego ero quecunq; ab omnibus honeste desiderantur. Idem. scis. n. anima ꝙ tribus uiribus naturalibus pręemines in tua substantia: habes enim uim rationalem qua non perfecte illuminantur nisi per prime ueritatis apertam cognitionem: & uim cōcupiscibilem quę non saciatur nisi per summæ bonitatis perfectam delectationē: uim quoq; irascibilem quę non quietatur nisi per eternæ maiestatis securam comprehensionem. Augu.

¶ In sempiterna patria corda beatorum sibi inuicem in claritate lucent & puritate translucēt. ibi uniuscuiusq; uultus aspicitur & cōsciētia penetratur. ibi uniuscuiusq; mentem ab alterius oculis corpulenta non abscondit: etiam mox ubicūq; uoluerit animus, statim aderit corpus. Aug. unde. Grego. ergo sancti uiri huius uite strenuitatem indesinēter aspiciunt: quasi quottidie morientes uiuunt. & ideo se non mansuros solicitius pręparāt: quia hęc omnia nihil eē ex fine semp pensant. sed carnales mentes. Ideo presentia diligūt. quia uita carnis q̄ fugitiua sit minime perpendunt: nam uelocitatem transi

tus eius aspicerent. hanc etiam prosperam minime ama rent. unde Hugo. Omnis iucũditas. omnis suauitas om nis dulcedo rerum creatarum afficere cor humanũ põt satiare non potest.

¶ In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subti le quidem per effectum: spirituale: sed palpabile per ue ritatẽ naturæ. Gre. unde Au. Erit illius ciuitatis & una in omnibus & inseparabilis in singulis uoluntas libera ab oĩ malo liberata: impleta omni bono: fruens in de sinenter eternorum iucunditatẽ gaudiorũ oblita culpa rum: oblita paruarum. nec tamẽ Ideo sue liberationis oblitura & liberatori suo non sit grata quantum ergo attinet ad scientiam rationalem memor erit pręterito rum etiam malorum suorum: quantum autem ad expe rientis sensum prorsus immemor.

¶ O quam gloriosum est regnum in quo tecũ regnant omnes sancti amicti lumine sicut uestimento. habẽtes in capite suo coronã de lapide pręcioso. o regnũ beatitu dinis sempiternũ. ubi tu dñe spiritus sanctorum & dia dema gloriæ: facie ad faciem uideris a sanctis. letificans eos. unde in pace tua quæ exuperat omnem sensum: ibi gaudium infinitũ: letitia sine tristitia: salus sine dolore: uia sine labore: lux sine tenebris: uita sine morte: omne bonum sine omni malo. ubi iuuentus nunquã senescit. ubi uita terminum nescit: ubi decor nunq̃ pallescit: ubi amor nunq̃ tepescit: ubi sanitas nunquã marcescit: ubi gaudium nunquã decrescit: ubi dolor nunquã sentitur: ubi gemitus nunquam auditur: ubi triste nihil uidetur:

ubi letitia semper habetur: ubi malum nullum timetur quoniam ibi summum bonum possidetur. quod est uidere semper faciem domini uirtutum. Felices igitur qui de naufragio uitę presentis ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt. Aug.

¶ Quantum putes gaudeant & letentur qui illud eternitatis speculum iugiter contemplantur: in quo omnia preterita presentia & futura quæ summę beatitudini cõpetunt apertissime speculantur: dum ad illam supernã lucem patris luminum uenerimus. totum quod in creaturis esse potest intelligemus. Au. unde Anselmus. tunc iusti scient cuncta quę deus fecit scienda. & qd est quod nescire possunt. qui scientem omnia uident.

¶ O uita uitalis dulcis & amabilis & semper memorialis: ubi sũma securitas: secura tranquillitas: tranquilla iucunditas: iucunda felicitas: felix eternitas. & eterna beatitudo: & uita beata sine fine: & uisio atq; laudatio dei: ibi affluentia diuitiarum: influentia & confluentia bonorum. Aug.

¶ Tãta est pulcritudo iustitiæ. tãta iucũditas lucis eternę: ut ẽt si nõ liceret amplius in ea delectari q̃ unius diei hora, pp hoc solũ inumerabiles huius uite dies pleni delitiis & circũfluẽtia bonorũ tẽporaliũ recte meritoq; despicerentur: tam pulchra. n. est & suauis ut ea uisa nihil amplius posset desiderari. & omnem uincit dulcedinẽ: & omnem exuperat concupiscentiã. Au.

¶ Exardescere igitur amore & desiderio supernæ uitæ sanctorum: ubi est actio non operosa, requies non desi

diosa:ubi sine defectione laus diuina. Aug.

¶ Beatus habet oīa quę uult: & nihil uult male. Aug. Idem. adhoc ꝙ sit beata aīa omne corpus fugiendū est: Idem. beatitudo est gaudium de ueritate. Aug.

¶ Quia in hac uita nobis est discretio operum, erit in illa proculdubio discretio dignitatum: ut secūdū ꝙ hic alius aliū merito superat: illic alius aliū retributiōe tran scendat Gr. Idem. eterna cōtemplatione agitur ut oīpo tens quo magis uisus fuerit eo magis diligatur.

¶ Si cor semel in celestibus per degustationē subaudi fi git, q̄ abiecta sint mox cernitur: quę prius alta uidebantur. Gregorius.

¶ Dum ad illam supernam lucem patris luminum ue nerimus totū ꝙ in creaturis esse pōt intelligemus. Au. unde Boetius: beatitudo est status omnium bonorū cō gregatione perfectus.

¶ Tantus dēt eē in hac uita mortalis amor & desideriū peueniendi ad illud ad quod facta es: & dolor qa nondū ibi es: & timor ne fortepuenias, ut nullā letitiā sentire de beas nisi de his quę tibi aut auxilium aut spem confe runt perueniendi. Anselmus.

¶ Beatitudinis ptes sunt: pulcritudo. agilitas. fortitudo. libertas. sanitas. uoluptas. longeuitas. sapiētia. amicitia. cōcordia. honor. ptās. securitas. gaudiū. Ista ut existimo sūt que pp se & pp quē alia queq; ab hoībus appetūtur & ita notādū. ꝙ septē priores beatitudīs ptes ad corpis beatitudinē: septēq; posteriores ad aīam ptinēt. Bas. Idē ī futuro sic. Iustꝰ fortis erit ut ēt si uellet terrā cōmoueř

possit: & sic econuerso in iustus. imbecilis ut nec etiam uermes amouere queat ab oculis suis. idē tūc iusti sciēt cuncta quę deus fecit scienda tam quę p̄terita: q̄ ea quæ post modū sunt. ibi a singulis omnes: ibi ab omnibus singuli cognoscentur: nec quemq̄ oīno latebit qua patria: qua gente: qua stirpe quis editus fuerit: uel q̄d etiā in uita sua fecerit. Si autem fueris malus uera oīno sapientia priuatus tantis urgeberis doloribus: ut non solum insipiēs: uerū etiam oīno fias amens. idē. i illa uita si bonus fuerit nihil patietur quod nolit: sed agere permittitur quodcūq; uoluerit. Si uero fuerit malus, ad omnia que noluerit cogetur: & ab oibus quæ uoluerit, prohibetur. Bassilius.

¶ Splendor eternę pulchritudinis est tantę suauitatis: tantęq; dulcedinis: ut etiā ipsi angeli qui sole sunt incōparabiliter clariores, eo saciari non possint: tunc ergo afflues delitiis in stupenda diuinæ claritatis cognitione miraberis in tui ipsius delitiosa consideratiōe. dilataberis in oium creaturarū perfecta speculatione. o cōtemplatio stupenda & admirabilis. o consideratio delitiosa & delectabilis. o speculatio gaudiosa & ineffabilis. o q̄ digne dictum ē de te dn̄e deus meus melior est dies una in atriis tuis super milia: Beda. unde Bona. Gloria est bonū laudabile. ideo nō dat᷑ nisi p̄ meritū laudabile.

¶ Continuo aūt miseri sunt: qui uel nō habent q̄d uolūt uel id habēt q̄ nō recte uolūt: beatus ergo nō est nisi q̄ & habet oīa quę uult: & nihil uult mali. Ille quippe btē uiuit ut uult: nec male aliq̄d uult. libro. iiii. d. xlix. Magi.

CHARITAS


¶ Per uigil ille hostis acrioribus pulsat iudiciis: quos maxime nouit abstinere a peccatis. Leo Papa.

¶ Quod non rapui tunc exoluebam: glosa. quia Adam & diabolus uoluerunt rapere diuinitatem: amiserunt felicitatem.

DISCIPLINA.

DIsciplíne qui cum exercitationibus non ser uit cōmuni se perditionis laqueo constringit. disciplina uero ē morum ordinata correctio: & maiorum præcedentium regularū obseruatio: de qua disciplina apostolus sic loquitur dicēs. in disciplina per seuerate: tanquam filiis uobis se offert deus. quod si ex tra disciplinam estis: cuius participes facti estis: qui er go adulteri sine disciplina sunt: celestis regni hęreditatē non capiunt: sicut enim tunica totum corpus pręter ca put tęgitur: ita disciplina omnis ecclesia præter Chri stum: qui ecclesie caput est & sub disciplina non est, ꝑ tegitur & ornatur. tunica ergo corporis Christi discipli na ecclesie est. qui autem extra disciplinam est alienus est a corpore Christi. nō scindamus igitur illam: sed sor tiamur de illa. i. non soluamus quicquam de mandatis domini: sed unus quisque in quo uocatus ē in eo perma neat apud deum. hec Aug.

¶ Sicut ergo in senibus sobrietas & morum perfectio

requiritur: ita etiam in adolescentibus obsequium subiectio. & obedientia rite debetur. quomodo enim honoratus in senectute apparebit: qui discipline laborē in adolescentia non sustinuit? quodcunq; enī homo laborauerit, hoc & metet: omnis namq; disciplina in presenti nō uidetur esse gaudii sed meroris. postea autem fructū pacatissimum exercitat per eam reddet iustitie: sicut enim fructus in arbore non inuenitur: inqua pampinus : aut flos prius non apparuerit : sic & in senectute honorem legittime assequi non poterit : qui in adolescentia discipline alicuius exercitatione non laborauerit. Aug.

¶ Qui deum laudat lingua, non semper potest: qui moribus deum laudat semper potest. Aug.

¶ Sic nos fidelibus subditis tenere disciplinam debemus: sicut boni patres carnalibus filiis solent : quos & pro culpis uerberibus feriunt : & tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere heredes querunt.

Gregorius.

¶ Solerter animus ante actionis sue primordia cuncta debet aduersa meditari. ut semper hic cogitans semper contra hęc thorace patientie munitus, quicquid accesserit lucrum putet. Grego. uita nostra dum lachrimis lauatur: dum bonis operibus exercetur : sanctorum meditationibus tundirur, ad nouitatem suam sine cessatione reparatur. unde. Augustinus quāto magis homo mala sua intelligit: tanto amplius suspirat & gemit. meditatio si quidem parit scientiam: scientia compunctionem: compunctio deuotionem: deuotionē comendat oratio.

❧Vas quod non habet operculum. Numeri. xx. unde Grego. tegmine operculi uel ligatura est censura disci pline. qua quisquis non premitur. quasi uas immūdum pollutūq; reprobatur: quasi enim uas sine operculo uel ligatura polluitur. qui per studium ostentationis patēs nullo uelamine taciturnitatis operitur. Grego.
❧Vsus discipline ad uirtutem animum dirigit: Virtus autem ad beatitudinem perducit: ac per hoc inquit exer citium discipline etiam debet esse nostra inchoatio: uir tus perfectio: premium uirtutis eterna beatitudo.

Hugo.

❧Silentium qui imponit stulto, iras mitigat. Qui au tem multiloquio quisq; seruiens rectitudinem iustitie te nere non pōt testatur propheta qui dicit. uir linguosus non dirigetur in terra, & etiam Isaya. cultus iustitię si lentium.

DIVITES SIVE POTENTES.

DIues illi quasi munitum sibi tabernaculum cō strinxerat: qui dicebat. anima habes multa bo na reposita in annos multos. requiesce come de & bibe epulare: sed quia eius tabernaculū in uerita tis fundamento non subsistit, illico audiuit. stulte hac nocte repetent animam tuam abs te. quæ autem para sti cuius erunt? Grego.
❧Fortuna enim magis timenda sit in prosperis q̄ in ad uersis. Grego. unde Sene. fortuna nimium quę facit stul

tum. Idem. fortuna aduersa neminē cōminuit nisi quem secunda decepit.

¶ Qui personam potentis accepit: & ueritatem loqui pertimescit, grauis culpe mulctatur sententia. Greg.

¶ Quicunq; bona in hoc seculo habetis cum uos bōa egisse recolitis, ualde de ipsis pertimescite: ne concessa uobis persperitas, eorundem remuneratio sit bonorum. Gregorius.

¶ Terrena quippe seruādo amittimus, sed bene largiē do seruamus. Greg.

¶ Solet inquit rerum abundantia tanto a timore diuino mentem soluere: quanto hanc exigit diuersa cogitare: nam dum foris per multa spargitur, stare in intimis fixa prohibetur. Grego.

¶ Si celeste patrimonium elemosinis emitur: pauperes non sunt audiendi ut egeni: sed ut patroni exorādi. Gr. Idem. tunc plena est nostri cordis compassio: cum malo inopię pro proximo suscipere non metuimus. ut illū a passione liberemus. unde Criso. melius seruatur pecunia que in dextra pauperis collocatur, hanc mihi nō calumniator extorquet: non inuidus criminatur: non latro auferet: non fur nocturnus diripiet: non seruius fugā meditans inuadet: sed semper est tuta: semper integra: semper salua.

¶ Non attendit deus facultatem sed uoluntatem: diuites & pauperes in corde interrogat deus: non in area & domo. nemo autem uult esse diues nisi ut infletur inter quos uiuit, ut superior illis uideatur. Aug.

¶Habeat quis multas facultates, si in eis nō extollitur pauper est: non habeat aliquid & cupiat & inflatur, inter diuites & reprobos eū deputat. Aug. locupletē facit aliquē nō multa possidere: sed modica desiderare. Aug.

¶Diuitię terrenę uel nos uel filios diuites non faciunt. quia aut nobis uiuētibus amittende: aut nobis mortuis a qb. nescim⁹: uel forte a qbus nolum⁹ possidēde. Aug.

¶Quere quantum tibi deus dederit, ex eo tolle tibi qd sufficit cetera que superflua sunt res aliene possidentur. erogari sibi uult deus ex illo q dedit quid. n. q das illi, non dedit? quid. n. habes q non accepisti? Augu.

¶Difficile imo impossibile est, ut & presentibus quis & futuris fruatur bonis. ut hic uentrem & ibi mentem impleat. ut de delitiis transeat ad delitias: ut utroq seculo primus sit. ut in celo & in terra appareat gloriosus. Hierony.

¶Omnis diues aut iniquus: aut heres iniqui. Hiero: idem: Que autem utilitas parietes fulgere gemmis. & xp̄m pauperem fame mori?

¶Tolle epularū & libidinis luxuriā: nemo queret diuitias: quarū usus aut i uentre aut sub uentre est: Hiero.

¶Diuitie sicut impedimenta sunt improbis ita bonis sunt adiumenta uirtutis. Ambrosius.

¶Diuitibus necesse est multis indigere: & turpiter seruire, formidare & suspicari: & timere eorum qui suspicātur oculos & calumniatorum ora & auarorum concupiscentias. sed non pauptas est aliquid tale sed cōtrariū uniuersum; regina ē nō subiecta furibus sed munita: por

tus tranqllus. palestra & gymnasiũ philosophie. Chri.
¶ O Diues fructus quidem habes in horreis sed annos plurimos unde poteris obtinere. Cirillus.
¶ Diues non parat permanentia horrea sed caduca: & q; stultius est uite longitudinem sibi taxat. Cirillus.
¶ Diuitie multe quid prosunt stulto: dum per eas non possit fieri sapiens? prouer.
¶ Diuitie animos inflant: superbiam pariunt. inuidiam contrahunt: mentem alienant. timorem inducunt. insolentiam faciunt: nil autem aliud insolētia est: q̄ spes false magnitudinis. ergo diuitie bone non sunt. Seneca.
¶ Pecuniam dicis perdidi. o te felicem: si cum ea auaritiã perdidisti. Seneca.
¶ Si uis diuitem facere non pecunie adiiciendum: sed cupiditati detrahendum. Seneca.

DOCTRINA

d Octrina uiri per patientiã noscitur prouer.
¶ Qui mandata dei in memoria retinet: sed nequaquam facit, is in doctrine sue uerbis sanctitatē habet quibus damnetur. Grego.
¶ Ille sit recte dicere qui & ordinate sit tacere. Grego.
¶ Stultus est qui bona que uidit discere contemnit: ego senex a puero nundum anniculo paratus edoceri. Augu. unde Chrisosto. si unum pedem haberem in sepulcro & alium extra adhuc discere uellem.
¶ Oportet diuina prius participare quam distribuere. quia qui presumunt abusiue docere diuina ante quam recte conuersentur, adhuc immundi omnino docendi

officio sunt extranei. Dionisius.

DVBIVM


Vam diu in hoc fragili corpore detinemur: q̃ diu habemus thesaurũ istũ in uasis fictilibus & concupiscit caro aduersus spiritum: & spũs aduersus carnẽ, nulla est certa uictoria si apostolus uas electionis preparatus in euangelium xp̃i ob carnis aculeos & incentiua uitiorum reprimit corpus suum & seruituti subiicit. ne aliis predicans ipse reprobus inueniatur. & si post nuditatem. ieiunia. famen. flagella suplicia in semetipsum reuersus exclamat. infelix ego homo qui me liberabit de corpore mortis huius, tu te putas securum esse debere? caue igitur ne de te aliquãdo dicat deus uirgo israel cecidit & non est q suscitet eam. Hiero.

¶ Abbas Agatio cum esset in extremis ostendebat se multum timere cum circunstantes eum interrogarẽt, quare timeret cum per sexaginta annos semper deo seruisset cum magna abstinentia: dixit illis, laboraui iuxta fragilitatem meam in seruitio dei: sed quia alia sunt iuditia dei q̃ nostra. ideo timeo, Aliquando putamus deo placere. ubi demeremur propter aliquem defectum nobis ignotum.

¶ Que in prospectu sunt inuenimus cum labore. que in celis sunt quis inuestigabit? Seneca.

EPISCOPVS


Piscopum non esse sciat: qui preesse desiderat non prodesse. item episcopi non est seruare aurum, & reuocare a se mẽdicãtes manũ. Aug.

¶ Grandis honor sed graue pondus: istius est honoris. durũ quippe est ut q nescit tenere moderamina uite sue. iudex fiat uite aliene. & plerumq; contingit. ut hic iuditiũ locũ teneat cui ad locũ uita minime cõcordat. Gre.
¶ Qui ecclesie futurus est princeps, habeat eloquentia cum uite integritate sociatam. ne opera absq; sermone sint tacita & dicta factis deficientibus erubescãt. Hie.
¶ Epm cognoscat se esse seruũ plebis non dñm. Hier.
¶ Episcopo dum consacratur: baculus datur. ut eius iuditio subditã plebem uel regat uel corrigat: uel infirmitates infirmorum sustineat. Isidorus
¶ Episcopum dignitas non facit: sed uita: qui in dicto loco suceptum officium non administrat. non est episcopus: sed canis impudicus, xli. di.
¶ Estote ergo in ordinatione precipue soliciti. & ad sacros ordines nisi prouectiores etate: & mundos opere nullatenus admittatis. eorum. n. qui in sacro sunt ordine collocandi, prius uitã moresq; discutite. & ut dignos huic officio adhibere positis, non uobis potentia aut suplicatio quorumlibet surrepat personarum. quando igitur de his tractare necesse est, graues: expertos uiros consilii uestri adhibete participes. & cum eis communem deliberationem pensate. prima questiõe prima capitulo estote.
¶ Eps aliquẽ sine certo titulo: de quo necessaria uite pcipiat in diaconũ uel presbyterum ordinauit, tamdiu ei aliqua necessaria uitæ subministret, Donec ei in aliqua ecclesia conuenienti stipendia militia Clericalis

assignet: nisi talis ordinatus de sua uel paterna heredita te subsidia uite possit habere: in decretali Alexandri libro tertio de prebendis.

¶ Episcopalem dignitatem & sacerdotalem actione po tiusquam nomine demonstremus: ut nomen congruat actioni. actio respondeat nomini. ne sit honor sublimis & uita procliuis. ne sit deifica professio & illicita ac tio. ne sit religiosus amictus: & irreligiosus profectus. ne sit gradus excelsus: & deformis excessus: ne locutio nem simulemus columbinam: & mentem habeamus caninam. ne professionem monstremus ouinam: & ferocitatem habeamus lupinam. ut digne nobis respondeatur a domino. populus hic labiis me honorat cor au tem eorum longe est a me.

¶ Episcopus negligens: qui gradus sui honorem requi rit inter homines: sed ministerii sui dignitatem corā deo prolegatione fungitur non custodit. primo namq; ab episcopo quid suo nomini dignitas tenet iquiratur. quo niam cum episcopus nomen grecum sit, speculator interpretatur. quare uero speculator ponitur: & quid a spe culatorē requiritur, dominus ipse denudat: cum sub eze chielis prophete persona episcopo officii sui tationē de nunciat. Ita inquiens speculatorem dedi te domui Israel audiens ergo de ore meo sermonē nunciabis eis ex me. si autem uideris gladium uenientem & tu non ānuncia ueris ut reuertatur impius, ī iniquitate sua morietur. san guinem eius de manu tua requiram. si autem tu anunciaueris: & ille non fuerit reuersus, ipse quidem in ini

iniquitate sua morietur. sed tu aiam tuam liberasti. decet ergo epm omnium quibus in specula positus é peccata diligenter attendere. & postq̃ attenderit: sermone si poterit & actu corrigere. & si non poterit iuxta euangelium regulam scelerum operarios declinare. ceterum uero qualis in semetipso esse debeat. pau. apostolus exponit. ut ad gradum epi ueniens sit sobrius. prudens. castus. hospitalis. sapiens. modestus. filios habens subditos cum omni castitate. testimoniũ habens bonum ab his qui foris sunt proferens doctrine fidelem sermonem non percussor. non bilinguis: non ebriosus: non neophitus. ut per hec ipse ostendat in opere: quod alios docet i sermone doctrinæ dñs per prophetam cum queritur dicens. pastores mei demoliti sunt populũ meum: & non pascebant gregem meũ. sed pascebant semetipsos.

EVCHARISTIA


Ccessurus ad mensam celestis conuiuii: iuxta apostolum proba te ipsum & diligenter examina, cum qua fide: quali proposito: quanta charitate: propter qd autem propter quã causam accedis: ut sic accedendo te ipm diligenter examines: Gre.

¶ Accipe quottidie quod tibi quottidie pro sit. sic uiue q quottidie merearis accipere. mors domini significatur & remissio peccatorum: qui uulnus habet medicinã querit. uulnus est quia sub peccato sumus. medicina est celeste & uenerabile sacramentum. si quottidie accipis quottidie est hodie christus tibi. quottidie resurgit.

Augustinus.

¶ Quæritur an sumenda sit eucharistia quottidie. an eligendi sint dies: quibus homo purius continentius q; uiuens ad tantum sacramentum dignius accedat? Huic questioni recte respondet qui monet ut precipue in christi pace permaneat: ut quisq; faciat q secundum fidem pie credit esse faciendum: Nam & Zacheus & centurio cum alter christum in domum suam gaudens receperit: alter uero dixerit non sum dignus ut in tres sub tectum meum, saluatorem honorificauerunt: licet diuerso modo & quasi contrario modo. ad hanc etiam similitudinem ualet q antiquo populo unicuiq; ipsorum manna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat. sic in ore cuiusq; christiani corpus uel quottidie uel certis diebus sumptum. nam aliqui honorando non ullo die pretermittere: contemptum solus non uult ille cibus Augu. idem: seruum bonum te fecit deus tu tibi in corde tuo malum dominū creasti. Augu.
¶ Si sanguis christi effusus est in remissionem peccatorum, debes semper accipere: qui semper pro peccato debes habere medicinam. Ambrosi.
¶ Omnis qui nō accedit ficte habet gratiā uirtutū. qui aūt accedit ficte nullā gratiam recepit. Bona.
¶ Qui manducat & bibit calicem dñi indigne &c. queritur hic qd sit manducare indigne: dicendū q triplex ē dignitas: secundum q distinguit glosa. i. ad corinthios. xi. quæ facit hoīem accedere indigne: indignus qui nō deuota mente accedit ad eucharistia. uel in uoluntate peccādi manet, uel q aliter celebrat misteriū quod chri

sto destitutum est. ex hoc dicere possumus triplicē in dignitatem. prima que est in memoria secunda in uoluntate. tertia in opere. prima respicit peccatū preteritū de quo non penitet. & hec uocatur indeuotio. secūda respicit peccatum futurū quod proponit facere: hanc uocat uoluntatem peccandi: tertia respicit peccatū presens: et hęc est qñ aliter celebrat misterium. ita q̊ actu peccat dum conficit & hec in dignitas secundum triplicem differentiam inducit contemptū: ac per hoc facit accedere indigne. & ita actu peccare. Bona.

¶ Vino miscetur aqua: qua significat populum. & per coniunctionem sui cum uino significat membrorum cū capite unitatem. Bona.

¶ Omnia sacramēta obsunt indigne tractantibus prosunt tñ digne sumētibus: sicut uerbū dei unde scriptū ē, quę dicunt facite quę aūt faciūt facere nolite. ii. q. i.

¶ Sacramentum est inuisibilis gratię uisibilis forma. forma ergo panis & uini: que ibi uidetur est sacramentum signum sacre rei: Magister.

EXEMPLVM.



Xemplum: Loquitur stulte contra deum: q inter diuinę animaduersionis flagella positus iustificare semetipsum conatur. duo sunt genera locutionum: importuna ualde: & noxia generi humano. unum quod curat etiā peruersa laudare. aliud qđ studet semper etiā recta corrigere. Gre. idē. apud hoīes cor ex uerbis. apud deū uero uerba pensantur ex corde

Exemplum.

idem. qui uerba sua metiri nesciũt proculdubio ad ocio sa dicta dilabuntur. inquibus si se minime reprehendũt statim ad noxia & contumeliosa prosiliunt. idem loquẽ do cum secularibus fit ut ab ociosis ad noxia: a leuibus ad grauiora ueniamus: & os nostrum ab omnipotente domino tanto minus exauditur in prece quanto ampli us inquinatur stulta locutione. ual de difficile est, ut qui multa loquitur nõ etiam mentiatur. Grego.

¶ Omnibus cuiuslibet etatis aut officii onerosa est no uitas. Gre. idem omne bonum quod agimus per inten tionem semper ad celestia leuemus. Grego.

¶ Parua si curare negligimus insensibiliter seducti: sta tim audenter etiam maiora perpetramus. Gre. idem. ple rumqȝ de bonis p incurie uitium mala nascuntur. idem. iniquorũ mentes qui damna sua considerare negligũt, integritatem suam quasi nescientes perdunt. Amitunt namqȝ a corde innocentiã: ab ore ueritatẽ: a carne con tinentiã & p accessum temporis eternã uitam. Gre.

¶ Multi in tenebris uitæ presentis dum superior de se exempla exhibet, astrorum more nobis desuper lucẽt. Grego. idem. nunquam peccatores ad lamentum peni tentie redirent. si nulla essent bonorum exempla: qui eorum mentes attraherent.

Gregorius.

¶ Studiosus non nunquam idcirco tarditate intelligen tie premitur ut eo memoria premia retributionis inue niat: quo magis in studio inuentionis elaborat.

Gregorius.

¶ Tempora discrete uicissitudinum pensanda sunt: ne aut cũ restringi debet lingua per uerba se inutiliter soluat: aut cum loqui utiliter potest: semetipsam pigram restringat. Gre. Idem quotiens auditores nostri nostra uolunt quasi laudando cognoscere: non autem sua per uersa mutare, omnino taceamus. ne si ostẽsionis studio uerbum dei loquimur: & illorũ culpa que erit esse nõ desinat: & nr̃a que nõ erit fiat. Idẽ q proximi mala respiciũt: & tamen silentio linguã premũt, quasi conspectis uulneribus usum medicaminis subtrahũt. & eo mortis autores fiunt: quo minus quem poterant curare nolũt unde Ambrosius qñ nobis aliquis cõuitiatur lacessit: ad uiolentiam prouocat: ad iurgiũ uocat, tũc silentium exerceamus: tũc multi fieri non erubescamus.

¶ Tũc illata uitia bene tolleramus cum secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Greg.

¶ Verus ordo cõsolationis est ut cum uolumus aliquẽ a merore suspendere, primo studeamus luctui eius concordari. Grego.

¶ Vigilat qui ad aspectũ ueri luminis oculos aptos tenet. uigilat q seruat operãdo quod credit. uigilat qui a se corporis & negligentie tenebras repellit. Grego.

¶ Nõ maledices surdo &c. surdo maledicere ẽ absenti ac non audienti derogare: corã ceco offendiculã ponere est discretã quidem rẽ agere. sed tamẽ ei qui lumẽ discretionis non hẽt: scandali occasionem prebere. Greg.

¶ Gloriosius ẽ iniurias tacẽdo fugere: q̃ rñdendo supare: & si seruus cõuitiũ dicat, iustus taceat. & si infirmus

iniuriam faciat, iustus sufferat. & si pauper criminetur iustus non respondeat. Grego.
¶ Quid aliud detrahentes faciunt? nisi q̄ in puluerem sufflant: atq; in oculos suos terrā excitant. ut uñ plus detractionis pflant: inde magis nihil ueritatis uideāt. Gre.
¶ Quis. n. ualet deo recedēte reqescere: cū solus ipse sit reqes? & a quo qsqs quāto longior fuit, sit tanto & inqetus. mercenarius quāto lōgior ē a fine operis: tāto a retributione mercedis. Ita uir qsq; sanctus in hac uita positus: longe se esse ab eternis gaudiis gemit. Gre.
¶ Qui sancto uiro adhæret, ex eius assiduitate uisiōis: usu locutionis: exemplo operis accepit: ut accēdatur in amore ueritatis: peccatorum suorum tenebras fugiat: in conspectu lucis exardescat. Grego.
¶ Quicquid grauare potest aut opinionem tuam: aut animum, omnino refugias: & te cōmittere illud nullius suasione consentias. Gre. unde Hiero. fuge personas in quibus pōt malę cōuersationis esse suspitio. nec paratū habeas illud sufficit mihi conscientia mea. nō curo q̄ de me loquantur homines: & certe apostolus prouidebat bona non solum coram deo: sed etiam coram hominibus: ne per illum nomē dei blasphemaretur in gētibus.
¶ Qui. n. plus diligit mūdū q̄ deū: seculū q̄ claustrum: gulā q̄ abstinētiā: luxuriā q̄ cōtinētiā seqtur diabolū & ibit cū eo ad eternū supliciū. hęc Aug. uñ Gre. sunt nō nulli q uitā suā negligūt dū transitoria appetunt & eterna nō intelligūt: uel intellecta cōtēnūt: dolorē non sentiunt, dū uulnerati sunt. unde heu se miseri in bonis esse

putant: exilium quasi patriam diligunt: & in cecitate quasi luminis claritate exultant: econtra electorum mẽtes dum cuncta transitoria quasi nulla conspiciunt: ad quid sunt conditę requirunt: cũq; eorum affectui nihil extra deum sufficiat: in sola contemplatione conditoris quiescunt supernis interesse ciuibus appetunt: & adhuc in mundo positi extra mundum surgunt. Grego.

¶Si times spectatores non habebis imitatores. debes ergo uideri: sed nõ ad hoc debes facere ut uidearis. Au.

¶Si uis omnia tibi subiicere subiice te rationi: multos enim rexeris si ratio te rexerit. Augu.

¶Modicum fermentum modicam massam corrumpit. Paulus. unde Augustinus ne putetis paucorum hominum insidias contemnendas: ut enim scintilla parua res est: & pene dum cernitur non uidetur: sed si fomitem comprehenderit & nutriméta sui inuenerit menia: urbes latissimas: saltus: regionesq; consumit: & sicut fermentum res modica uidetur & nihili: sed cum farina conspersum totam massam corrumpit: & in illius uim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab uno incipiés: uix duo uel tres primum in exordium reperit auditores: sed paulatim ut cancer serpit in corpore: & iuxta uulgare prouerbium unius pecudis scabies totum commaculat gregem: igitur & scintilla statim ut apparuerit extinguenda est: & fermentum a massa uicina semouendum: & scabiosum animal a caulis ouium repellendum.

Augustinus.

¶ Legitur q̄ beatus Andreas: qui in cruce positus a domino requirebat. tempus est ut comendes terre corpus meum: uolebat. n. eum plebs de cruce deponere: ipse autē cepit eū rogare ne me p̄mittas dn̄e descendere uiuū: sed tp̄s ē ut comēdes terre corpus meū. tādiu. n. iā portaui: tā diu sup comēdatū uigilaui & laboraui: q̄ uellē iā ab ipsa obediētia liberari: & isto grauissimo indumēto expoliari. recordor quantum in portando onerosum: in fouendo infirmum: in coercendo lentum: in dominādo superbum laboraui. scis domine quotiens a puritate contemplationis me retrahere contendebat: quotiens a dulcissimo quietis tue somno excitare obtendebat: quantū & quotiens dolorem ingerebat. hec Augu.

¶ Linguam tuam semper de bonis loqui assuesce. & auditum tuum ad bonorum laudem: quam ad malorum uituperationem commoda. non licet uituperationem alterius patienter audire quia nec ab aliis optas recipi tuam. Augu.

¶ Omnis malus aut ideo uiuit ut corrigatur: aut ideo uiuit ut per illum bonus exerceatur. Augu.

¶ Nam & pertinacibus nullum tractatum potest sufficere. Augusti.

¶ Pars ergo erat dn̄o hortari martires uerbo: nisi prius firmaret exemplo. Augusti.

¶ Lites nullas habeatis aut q̄ celerrime finiatis: ne ira crescat: & odium trabē faciat de festuca. & animam faciat homicidam. sicut enim legitis qui odit fratrem suū homicida est. Augu.

¶ Magis mala facientibus q̄ mala patientibus dolere debemus. Augu. idem malis displicere laudari est.

¶ Martyres istis tēporibus fratres carissimi nemo dicat q̄ non sint. quottidie martyres sunt. martyr. n. testis interpretatur. quicunq; ergo pro ueritate testimonium dederit: & omnes causas cum iustitia iudicauerit: quicqd pro testimonio ueritatis uel iustitie protulerit, totū ei dominus pro matyrio computabit. Augusti.

¶ Viduas honora quæ uere uiduę sunt. Pau. ad Thi. v. unde Hiero. hoc est quæ omnium suorum auxilio destitute sunt: & manibus suis laborare non possunt: quas paupertas debilitat: etasq; conficit. quibus deus spes est & omnium opus oratio. ex quo intelligi datur adolescētulas uiduas, exceptis his quas excusat infirmitas, uel suo labore: uel liberorum propinquorum ministerio delegat non recipiendas. Hiero.

¶ Sermo rudis usq; ad cor penetrat. politus aūt pascit aures. Hiero. unde Augu. sermo breuis asper & rigidus est cum huiusmodi mulieribus habendus.

¶ Ornatus & sordes pari modo fugienda sunt. nō splendeat toga nec sordeat quidem. Hiero.

¶ Si ergo te diligo & do tibi uel dignitatem. uel libertatem: & tu male uteris ea, si dem tibi benignus non sum sed magis malignus. unde non dabo tibi: ut sim benignus. habeo amicum. habeo inimicum amicus male utitur aliqua prelatione uel dignitate ad damnum suum: uel reipublice, si dem sibi bēignus nō sum. inimicus meus utitur in contrario, sibi dabo & faciam bonum meū.

de malo suo. pater non blanditur filiis. nec dicit uerbũ dilecti filii ne superbiant. mundus hodie ignorat istam benignitatẽ. unde mundus in maligno est positus quia homo non diligit nisi bonum priuatum. Bona.
¶ Studeas quinq; semel ad minus inter diem & noctem affectuose & morose omni tempore sincera mente tractare: q̃. s. sit breuis uita nostra. q̃ lubrica uia: q̃ mors in certa: que premia iustis: que supplicia parãtur in iustis. ut non sit seruitium sine timore: nec gaudium sine tremore: Bona.
¶ Stultus per fenestras prospicit in domo ꝓximi. Bon.
¶ Si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis sue in speculo: beatus. Anselmus.
¶ Quotiens uero loquimur aut importuno tempore: aut non in oportuno loco: aut non ut conuenit audientibus totiens sermo malus de ore nostro. xxii. q. v.
¶ Quis deflet damna temporis: uel mortem amici & dolorem non ostendit in lacrimis: non itaq; ut qui se excuset non habere fontem lachrimarum: sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. de penitentia. d. iiii.
¶ Sacrum dicitur quicquid mancipatum cultui diuino ut ecclesia uel res ecclesie. Magister.
¶ Semper melius est tacere & utilius quam loqui. quia dicit sapiens locutum aliquando me esse penituit: tacuisse uero nunquam.
¶ Sententia excomunicationis timenda: nisi in duo-

bus casibus.s.cum sententia est post appellationem la ta: & continet intolerabilem errorem: & etiam pro in debitis exactionibus.xi.q.iii.

¶ Tempus omne quoniam breuissimum est debuit de certasse ad consequendum premium.

¶ Vendidit qui multas preces expectat. uendidit qui beneficium procrastinat.uendidit qui pauperem impro perat.uendidit qui tristi uultu donat.qui uicissitudinem expectat.

¶ Austerus non debet esse dispensator, ubi deus est be nignus.xxvii.q.v.

¶ Omnes supra uenientes tamquam xp̄s suscipiantur. quia dicturus est hospes fui & suscepistis me.omnibus uenientibus siue discedentibus hospitibus inclinato ca pite xp̄s in eis adoretur: qui suscipitur.pauperum & pe regrinorum maxime susceptio omni cura solicite exhi beatur.quia in xp̄o magis christus suscipitur.caueamus ne dum nos duri in hospitũ receptione fuerimus, post hanc uitam nobis hospitium sanctorum denegetur.Be nedictus.

¶ Mouentur etiam quidam dicentes.cur creauit deus quos futuros malos presciebat? quia preuidit.quid bo ni de malis eorum esset facturus.Magister.

¶ Si ad naturam uiuas nunquam eris pauper: si ad opi niones nunquam eris diues.exiguum natura desiderat: opinio immensum:

Seneca.

¶ Nam celeritas in desiderio mora est. Seneca.

Non solum nocebis sed etiam nocentes prohibebis. Seneca.
Nulla pestis efficacior q̄ familiaris inimicus Sene.
Nullum magnum ingenium sine mixtura dementie fuit. Seneca.
Eris magnanimus si pericula non appetes ut temerarius: nec formides ut timidus. Seneca.
Ruina precedētium solet esse doctrina sequentium. Senеca.
Sepe uidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena uitia aperte dixerunt: quam eos qui commiserunt. Tullius.
Tu didicisti maledicere: & ego didici maledicta contemnere. Zenophon.
Rex a regēdo dr̄: ita sacerdos a sanctificādo dictus est.
Puerorum est ad omnia que uident obstupescere. senibus & prasertim eruditis nihil nouum aut inopinatum solet euenire. nihil itaq; stupendum. nihil deplorandum. Petrarcha.

FELICITAS.


Elicitas & dulcedo humana non est sine amaritudine. quia ut dicit Bernardus nūquam in honore sine labore: nunquam in prelatione sine tribulatione: nunquam in sublimitate sine uanitate quis esse potest.
Felicitas & dulcedo uidetur esse in rebus humanis:

ſed eis qui nullam de celeſtibus dulcedinē experti ſunt. quia dum mens humana minus eterna intelligit tanto dulcius in tēporalibus requieſcit: ſed ſiquis iā cordis lingua guſtauerit quæ ſit illa dulcedo celeſtiū præmiorū. hinc quanto dulcius ſit: qui intus uidet, tanto magis in amaritudinē uertitur oē quod foris ſuſtinet. Gre.

¶ Felices quibus tu ſolus ſpes es: & omne opus eorum oratio. qui ſedet ſolitarius & tacet & ſtat ſuper cuſtodiam ſuam iugiter die ac nocte. ut adhuc in hoc fragili corpuſculo poſitus p̄libare ualeat aliquatenus dulcedinem tuam. Augu. Idem. felix neceſſitas quę ad meliora nos compellit:

¶ Felix & omni dignus beatitudine! quem ſenectus Chriſtus occupat ſeruientem: quem extrema dies ſaluatori inuenit militantem. qui non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. cui in introitu paradiſi dicitur recepiſti mala in uita tua nunc autem letare.

Hieronimus.

¶ Felicem non hunc exiſtimes quē uulgus appellat: ad quem pecunia confluxit. ſed ille cui omne bonū in animo eſt erectum & extenſum. Seneca.

¶ Lætiores relinquit quos fortuna nunquam reſpexit. quam quos deſeruit. hec Sene. unde. Boetius infeliciſſimum genus infortunii eſt fuiſſe felicem.

¶ Cui eſt cōtinuus timor: felix eſſe nō t pōt. Senec.

FIDES.

¶ Fides ſine dilectione inanis eſt. fides cum dilectione chriſtiani eſt; alia eſt demonis. nam & demones credūt

& contremiscunt. qui autem non credunt tardiores sūt & peiores q̄ demones. sed multum iterest. utrum quis credat ipsum esse Christum. Augu.

Fides ñ hēt meritū ubi hūana rō hēt expimētū magr̄.li. iiii.ille.n.credit i xp̄m.q spat i xp̄m:& diligit xp̄m. Au.

¶ Fides est habitus mentis.qua inchoatur uita eterna in nobis faciens intellectū assentire non apparentibus. Tho.de aquino.

¶ Fides facit assentire deo: spes confidere: caritas diligere.fides est in rationalibus.species in irascibili.caritas in concupiscibili.fides circa uerum.spes circa arduum. caritas circa bonū.Bona.

FORTITVDO.


Ortitudo politica est animum supra periculi metum agere: nihilq3 nisi turpia timere. tolerare fortiter uel psperа: uel aduersa. hec fortitudo fuit in eleazaro sene: & potissime in martyribus Christi.Forritudo purgatoria est non terrere animam a corpore quodāmodo ductu philosophie recedentē: nec altitudinē profectæ ad superna conscensionis horrere. Hec fortitudo fuit in Daniele propheta. Fortitudo purgati animi est passiones per impassibilitatem ignorare. nō uincere ut nesciat irasci cupiatq3 nihil. hec fottitudo fuit pręcipue in uirgine gloriosa & uirginibus & martyribus.Fortitudo exemplaris est uirtus infinita quæ semper est eadem nec aliquando mutatur. Bona.

¶ Nō ē reprobatio:sed uirtutis pbatio bonorū aduersitas.Gr.uñ Amb:fortis ē ergo q i dolore aliquo cōsolat̄.

¶ Magnanimitas que & fortitudo dr̄ si iussit aīo tuo ui

ues cũ magna fiducia liber: intrepidus: alacer: magnanimi autem ē finem bonum huius uite intrepidum expectare: si magnanimus fueris nunquam iudicabis contumeliam fieri: de inimico dices nõ mihi nocuit: sed nocendi animum habuit. & cum ipsum in potestate tua uideris, uindictam putabis uindicare potuisse & non fecisse. scito enim magnum & honestum uindicte esse genus ignoscere. Sen. Idem: nam timidum non facit animum nisi reprehensibilis uite conscientia. Idem fortitudo est immobilis inter aduersa aĩ laborũ & piculorũ susceptio que nec aduersitatis incursu frangitur: nec prosperitatis blandimẽto eleuatur: de qua oritur magnanimitas: fiducia: securitas: patientia: perseuerantia: longanimitas: humilitas: mansuetudo. Iustitia est naturæ decus tacite conuẽtio. Idem qui se ipsum uincit cõtra oĩa fortis est.

¶ Forti animo ac constantis est non perturbari in rebus aduersis. Tullius.

GAVDIVM SIVE DELECTATIO.

Gaudeat qui potest parce uiuere. parca.n. uita occidit uitia libidinem extinguit. uirtutem nutrit. mẽtẽ roborat: & ad celestia eleuat. Hug.

¶ Sicut.n. ex coniunctione ad deum causatur summa delectatio & dulcedo: ita ex separatione summa amaritudo: tanto autem quis a diuino consortio auertitur: quanto inferius delectatur. Greg.

¶ Si.n. a carne quodlibet abscidimus: mox in spiritu quod delectat inuenimus. Greg.

¶ Delectatio nihil aliud ẽ. ꝙ quietatio ĩ re adepta. Bona.

Gloria mundi siue uanitas.


Loriam uanam cupere in gloriosius est: gloria autem uera est hanc despicere: & nullam eius curam facere: sed ad id quod deo placet omina & dicere & facere. Crisosto.

Vanitas uanitatum &c. hunc uersiculum si saperent qui in potentia uersantur, in parietibus omnibus: & in uestibus suis scriberent: in foro: in domo: in ianuis: in ingressibus: & ante omnia in conscientiis suis: ut semper eum oculis cernerent & corde sentirent. Criso.

Vanitas uanitatum omnia uanitas &c. unde Hiero. si omnes creature bone sunt, quomodo uniuersa uanitas? nunquid & celum: & Angeli: Troni: Dominationes: Potestates ceterequ uirtutes. sed que per se bona sunt: ut a bono creatore cõdita ad comparationem meliorum uanitas appellantur: uerbi gratia. lucerna lampadis comparatione non lucet. Stellam Lune confer & cęca est: lunam soli iunge, non rutilat. Solem Christum confer & tenebre sunt: ego sum inquit qui sum. omnem igitur creaturam si Deo contuleris non subsistit.

Hieronymus.

Plus in hoc mundo honor q̃ despectio occupat: & magis prosperitatis sublimitas: q̃ necessitatis aduersitas grauat. Grego. Idem. transit q extollitur. permanet quod punitur: & quod honoratur in uia: in peruentiõe damnabitur. & quasi per amena prata ad carcerem peruenit qui per presentis uite prospera ad interitum tendit. Gregorius.

Vos q lętã uitã ducitis: tristẽ mortem timetis. Greg.

¶Quid.n.est seculi letitia? respondet Augu. impudici tia.nequitia.i.luxuriari inebriari: comesationibus uaca re.uanitatibus intendere: prohis in hac uita nihil mali sustinere: putant.n.mali se esse in delitiis cum non cor riguntur pro suis nequitiis.& ignorant quod sicut dicit Aug.nihil infelicius felicitate peccandi: qua penalis in firmitas nutritur: & mala uoluntas roboratur. Idem le titia seculi uanitas est cum magno desiderio speratur ut ueniat:& non potest teneri cum uenerit. Augusti.
¶Tuum domine est bonum. tua est gloria. qui enim de bono tuo gloriam sibi querit & non tibi querit, hic fur est & latro.& similis est diabolo quia uoluit furari gloriam tuam. qui.n. laudari uult de tuo dono & non querit in illo gloriam tuam: sed suam, hic licet pro pter tuum donum laudetur ab hominibus a te tamen uituperatur: quia de dono tuo non tuam sed suam glo riam quesiuit. Aug.
¶Vanum ē igitur extolli de bonis prædecessorum. & deficere ab eorum uirtutibus. Bassilius.
¶O q̄ uilis: q̄ inutilis ē mundana consolatio: & quod plus ē metuendū quia uere ac sancte consolationis ē im pedimentum.renuas igitur o anima mea immundo de lectare:si uis de dei memoria consolari.Bern.unde.Au. cetera creatura uilescat: ut creator in corde dulcescat.
¶Vanagloriosi: & pusilanimi generaliter sunt timidi quia isti timent minui gloriam suam. Bona.
¶Potētiā tuā nō timeo: q̄a est p̄terita: aut presens: aut futura: præteritam non timeo.q̄a non est,futuram non

pertimesco: quia incerta est: presentem non formido. quia est cito transitura. Diogenes ad Alexandrum.

¶ Qui florent felicitate seculi, pereunt uirtute dei florent ad tempus. pereunt in eternum: florent falsis bonis: pereunt ueris tormentis.

¶ Constat omnia mundana esse uanissima: cum non possunt nobis dare finem nostrum. uanum est enim omne quod suum non attingit finem.

Augustinus.

¶ Multi enim sunt qui dicta sapientie studiosissime inquirunt: eaque in doctrina non inuita uolunt habere: ut non per mores quos iubet sapientia perueniant ad Dei lucem quod est ipsa sapientia: sed per sermões quos habet sapientia perueniant ad hominum laudem. quod ẽ uanagloria. Augustinus.

¶ Non diligamus uerbo & lingua: sed opere & ueritate. Io. iii. unde Augustinus quam multi sunt: qui iactantię multa cã distribuũt. & donãt. nil aliud nisi humanã laudem: & gloriam popularem plenam uentis: nulla stabilitate solidatam quęrentes.

Augustinus.

¶ Nam plerunque nonnulli dum quorundam gloriam cernunt: eiusdem glorię aspectibus delectantur. hãc aliquid magnum existimant: se ut quod talia mereantur expectant: cum uero ingloriosos quosque ant deiectos subito aut fortasse etiam morientes aspiciũt, quia humana gloria omnimode nihil sit cum gemitu fatentur: ita ut protinus dicant: ecce quoniam nihil est homo.

¶ Modica est huius seculi gloria: caduca est & fragilis temporalis potẽtia. dic ubi sunt reges? ubi principes: ubi imperatores? ubi locupletes rerum? ubi potentes seculi? ubi diuites mundi? quasi umbra transierunt: uelut somnium euanuerunt. Ambrosius.
¶ Nihil in rebus humãis fragilius uidetur gloria & honore fauoris hominum: cum dependeat ex opinionibus hominum: & uerbis eorũ quibus nil mutabilius in hac seculari uita.

GRATIA.

Gratia diuina dum nos respectus illuminat: cuncta mentis nostre abscondita manifestat. Gregorius.
¶ Quia de gratia debemus superna presumere, ut non simus negligentes in oratione uel opere: uoce ueritatis exprimitur: oportet semper orare & non deficere. petamus ergo orando. quæramus lugendo: pulsemus operando. Gregorius.
¶ Gratia si est ex meritis, iam gratia nõ est gratia. Pau.
¶ Putes te promerendo accepisse: gratia præcessit meritum tuum: non gratia ex merito: sed meritum ex gratia nam si gratis emisti gratis accepisti: omnia merita præcedit gratia: ut dona dei consequantur merita mea. Augustinus.
¶ Gratia dei non enim in illo est finita: ut ad alium non perueniat. Augustinus.
¶ Queramus gratiam: sed gratiam apud deum. nam apud homines est gratia fallax. Bernar.

¶ Multi multa sciunt & seipsos nesciũt: alios inspiciũt & seipsos deserunt. deum querentes per exteriora: dese rẽtes sua interiora. quibus interior est deus: dilígẽter igi tur considera q̃ generose a summo artifice sis facta per naturam: q̃ uitiose a tua uolũtate deformata sis per cul pam: quam gratiose a diuina bonitate sæpe reformata sis per gratiam. Bernar.

¶ Nulla melior preparatio ad gratiam: q̃ pura innocen tia & uoluntas recta. Bona.

GVLA.



Vlæ uitium quinq; modis nos tentat. aliquã do enim indigẽtię tempora pręuenit. aliquã do tempus non preuenit: sed cibos lautiores quęrit. Aliquando quæ sumenda sunt parare accura tius appetit: aliquando qualitati ciborum & tempori congruit: sed in quantitate sumendi mensuram excedit aliquando uero abiectum est quod desiderat: & tamen ipse desiderii estus deterius peccat. Ionathas mortis sen tẽtiã meruit quia in gustu mellis cõstitutum edendi tẽ pus antecessit: populus ex ęgypto ductus in heremo occubuit: quia despecto mãna carnes petiuit: quas lau tiores putauit. filiorum heli prima culpa est ꝙ ex uo to eorum sacerdotis puer non de more uellet coctas car nes de sacrificio accipere: sed coquendas querebat: quas accuratius exhiberet: & tamen dicitur hec fuit ini quitas sodome superbia. & saturitas panis abundantia ostenditur ide perisse quia cũ uitio superbię mensurã re fectionis excessit: hinc Esau primogenita amisit: quia.

magno estu cibum despicabilem lenticulam concupi-
uit. neq; cibus: sed appetitus in uicio est: unde lautiores
cibos plerumq; sine culpa sumimus: & abiectiores cum
reatu concupiscentie degustamus. Esau primatum pro
lenticula perdidit. helias in heremo uirtutem carnes edē
do seruauit. Hinc diabolus quia non cibus concupiscē
tiam causam esse damnationis intelligit, primum sibi
hominem non carne sed pomo subdidit: & secundum
panem tentauit. hinc est quod plerumq; culpę adę com
mittitur etiam cum uilia sumuntur. neq;.n. adam solus
ut a pomo abstineret prohibitionem accepit cum enim
alimenta saluti nostre contraria deus iudicat, ab his. eti
am quasi per sententiam uetat. & concupientes no-
xia tangimus: uetita gustamus. ea uero sumenda sunt
que naturę necessitas querit: non que edēdo libido sug
gerit. Grego.

¶ Gulæ uitio dominante omne q̄ homines fortiter ge
runt perdunt & dum uenter non restringitur, simul om
nes uirtutes obruuntur. Grego.

¶ Primum parentem diabolus tribus modis tempta-
uit: gula: uanagloria: auaritia & superauit. Gula cibū ue
titum comedendum suasit. Vanagloria, cum dixit eri-
tis sicut dii. Auaritia cū addidit. scientes bonum & ma
lum: Auaritia enim etiam altitudinis est, cum supra mo
dum ambitus ambitur. unde non rapina arbitratus est
esse se equalem deo: sed eisdem modis a secundo uictus
est homine: quibus primum se uixisse gloriabatur.
Gregorius.

¶ Quanto plus corpus impletur: tanto anima minoratur. Gregorius.

¶ De uentris ingluuie inepta letitia: scurrilitas: immūditia: multiloquium: hebetudo: sensus citra intelligentiam oritur: Gulę deditos superfluitas locutionis: leuitas operis: atq; luxuria: abstinentes uero sepe impatientia atq; tristitia: sepe uero supbie culpa comitatur. Gr. unde. Isi. ebrietas perturbationem gignit mentis. furorem cordis. flammam libidinis. ebrietas ita mentē alienat: ut ubi scit nesciat. unde etiam & malum non sentitur q̄ per ebrietatem committitur.

¶ Pene semper epulas loquacitas sequitur. cum uenter reficitur, lingua defrenatur. Gre.

¶ Gula est in moderatus amor alimenti: & secundum beatum Gre. sunt quinq; differentiæ hoc uersu comprehensę. propera. laute: nimis: ardenter: studiose. propere pertinet ad temporis pręuentionē. laute ad cibi substantiam: cum. s. ex se pręciosus & delicatus est. nimis ad cibi quantitatem. ardenter attenditur ex parte affectiua: studiose ex parte cognitiua. Bona.

¶ Affluentiam ciborum comitari solet inundatio uerborum: saturitatem uentris sequitur leuitas operis: & uanitas mentis.

¶ Liber comestus dulcis gustu amaricat uētrē. Apoc.

¶ Nisi prius gula refrenetur, frustra contra alia uitia laboratur. Beda.

¶ Non cibus sed appetitus in culpa est. Au. Idem: irridet Oratius appetitum ciborum: qui consumpti relin-

quunt penitentiam.

¶ Venter pinguis pinguem sensum gignit. Hier.

¶ Tam breuis est gulæ uoluptas: quod spacio loci uix sit quattuor digitorum: & spacio temporis uix sit quattuor momentorum: & dum auiditas nescit modum: & uoracitas excedit mensuram grauatur stomachus: turbatur sensus corporis quasi equi sine ratione currentes: anima uero auriga non retinet frena.

Innocentius.

¶ Gula paradisum clausit: primogenitum uendidit: suspendit pictorem: decollauit Baptistam. Nabuzardam princeps cochorum templum incendit. & Hierusalem totam euertit: Baltasar in conuiuio manũ contra se scribentem aspexit. maneceltephares eadem nocte interfectus est a caldeis. hęc Innocentius.

¶ Ventri obedientes animalium numero computamur non hominum. Seneca.

HYPOCRITA.



Ypocritę spes peribit. Iob. viii. unde Grego i Quid enim hypocrita in cunctis suis operibus sperat? nisi honorem: reuerẽtiam: gloriã laudis: a melioribus metui: sanctus ab hominibus uocari: sed peribit ista spes: quia ęternitatem non quęrẽs fugit quod tenet. quia eius intentio in illa gloria non figitur quę sine fine possidetur. Iterum Iob sicut tela aranearum fiducia eius.

¶ Videntur multa bona sed non sunt. quia bono animo non fiunt. unde in euangelio ueritas dicit. Si oculus tuus nequã fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit quia cum peruersa est intẽtio quę precedit, prauum est omne opus quod sequitur: q̃uis rectum esse uideatur. Sunt namq; nonnulli qui idcirco bona facere student: ut gratiã alienę operationis obnubilent: nec pascuntur bono quod faciunt: sed laude boni qua ceteros premũt

Gregorius.

¶ Hypocrisis est uitium clausum: simulatione uirtutis pallatum.

¶ Inter hypocritas n. iure deputatur: qui ex simulatiõe disciplinę ministeriũ regiminis uertit in usũ dominationis. Gregori.

¶ Hyprocrita dic si bonum est esse malũ: ut quid non uis apparere q̃ uis esse? nã quod turpe est apparere, turpius est esse. q̃ aũt formosum est apparere, formosius est eẽ: ergo aut esto q̃ appares: aut appare q̃ es. Chri.

HOMO



Omo adhoc in paradiso positus fuerat. ut si se ad conditoris sui obedientiam uinculis caritatis astringeret, ad celestem patriam angelorum quandoq; sine carnis morte trãsiret. sic namq; immortalis est conditus: ut si non peccaret: etiam mori nõ potuisset: atq; ex merito liberi arbitrii beatitudinem illius regionis attingeret: in qua uel peccare uel mori non potuisset. Grego.

¶ Non se desperet humana fragilitas. unigeniti sangui.

nem consideret: & in precio suo conspiciat q̃ magna est que tanti ualet. Gregori.
¶ Attenuetur fame robur eius: & inedia inuadat costas eius. Iob. xviii. uñ. Gre. ex rationali animal habet hõ ut in perpetuum uiuat: & tamen hominis iniqui robur attenuatur fame. quia anima eius nulla in terni cibi refectione pascitur. & inedia inuadit costas eius: quãdo spirituali refectione sub tracta sensus mentis deficiunt: & tunc cogitationes suas nec regere nec tueri possunt: qa fames interna sensus mentis extenuat. & ideo fortis ad temporalia spretis eternis que ei non sapiunt.
Gregorius.
¶ Caro unde ad tempus suauiter uiuit, inde spiritus in eternum interiit. Gre. unde Augu. fallax in transitoriis suauitas: & in fructuosus labor: & perpetuus timor: & periculosa sublimitas: initium sine prudentia: & finis cũ penitentia.
¶ Filii, in cordibus deum maledicũt: cum recta nostra opera a non rectis cogitationibus prodeunt: cum bona in aperta exerunt: sed noxia in occulto moliuntur. Gre.
¶ Homo non rationabilibus: sed irrationabilibus prelatus est natura. ideo dicitur ei ut ab animalibus nõ ab homine timeatur: quia contra naturam superbiæ est ab equali uelle timeri. unde antiqui patres non reges hominum: sed pastores pecorum fuisse dicuntur: omnes ergo natura equales genuit: sed pro uariis meritis aliis alios dispensatio dei iusta sed occulta preponit. ut humana formidine peccare metuant: qui diuina iudicia nõ formi

dant.non autem prepositi exhoctumore superbiant: in quo non suam gloriam: sed subditorum querunt iustitiã non.n.hominibus sed bestiis dominantur. quia ex qua parte bestiales sunt, ea formidine subtracti sunt. manu ergo hummilime considerationis premendus est tumor elationis. si.n.apud semetipsum mens descenderit de uertice culminis, inueniet planitiem naturalis æquitas: ut non preesse gaudeat: sed prodesse. Grego.

Nemo quippe profecerit nisi inter aduersa cognoscit. Grego.

Infelices heu nos & miseri: qui per huius maris magnos fluctus pro cellosas q3 uoragines naues trahimus ignorantes an ad portum salutis peruenire ualeamus. infelices inquam: quorum est uita in exilio: uia in periculo: finis in dubio nescientes finem nostrum: quia in futurum reseruãtur incerta: adhuc in pelagi fluctibus uersamur: suspirantes ad portum maris. o patria nostra: patria secura a longe te uidemus. Augusti.

Infantia quidem hominis non a risu sed a fletu orditur. hanc lucem quid malorum ingressa sit, nesciens ꝓphetat quodammodo. Augusti.

Homo quid: abissus tenebrosa. terra misera: filius ire uas aptum in contumeliam: genitus per immunditiam uiuens in miseria: moriturus in angustiis. Heu miser qd sum: uas sterquilinii: concha putredinis: plenus fetore & horrore. cæcus: pauper: nudus: plurimis necessitatibus subditus: & ignorans introitum & exitum meum. miser & mortalis; cuius uita sicut umbra lunatica eua

nescit sicut in arbore crescit. & statim marcessit, nunc floret & statim aret.

Augustinus.

¶ Melior est animi equitas quam corporis sanitas.

Augustinus.

¶ Nemo petit ab alio. quod ipse potest per se implere:

Augustinus.

¶ Non enim est aliunde nisi ex deo salus anime. flagellum ergo dei non cōtemnas: sed flagellatus dic deo gratias: & flagellum ipsius gaudēter suscipe. flagellat in te quod nescis: nec iniuste. iusta enim sunt ipsius iudicia. morbus hic corporis medicina est spiritualis. denique audenter pronuntio quod principium uitæ hominis initium doloris est. fuere philosophi hoc non ignorantes: quod in ortu pueri lugebant: in morte autem gaudebant. hoc significantes quod homo ad laborem nascitur: ad requiem autem moritur.

Augustinus.

¶ Omnia sub pedibus hominis subiecisti: ut solus homo totus tibi subiiceretur: & ut tuus totus homo esset: super omnia tua dominatus est homo: exteriora nempe pro corpore cuncta creasti. ipsum uero corpus pro anima: animā uero pro te. ut tibi soli uacaret: & te solum amaret. possidens te ad solatium: inferiora uero ad seruitium. quicquid enim celi ambitu continetur, inferius anima humana est: que facta est ut summum bonum possideret: cuius possessione beata fieret.

Augustinus.

¶ Corpus quippe seruus est sicut etiã salustius ait. Animi imperio corporis seruitio magis utimur. alterum nobiscum diis: alterũ cum belluis cõe est. Augu.

¶ Caro.n.concupiscit &c. Pau. unde Augu. caro dicta concupiscere. quia hoc secundũ ipsum agit aĩam. sicut auris dicitur audire: & oculus uidere, cũ potius aĩa & p aurẽ audiat: & per oculũ uideat. caro.n. nihil nisi per animam cõcupiscit: sed cõcupiscere dicitur, cũ aĩa carnalis concupiscẽtię spũ delectatur. ipsius.n. carnalis cõcupiscentię cã non est in aĩa sola: nec ĩ carne sola. ex utroq3.n. fit qa sine utroq3 delectatio nulla sentitur. Aug.

¶ Cum per timorẽ gehennæ cõtinet se homo a peccato paulatim fit consuetudo iustitiæ: & incipit q durũ est amari: & incipit excludi timor a caritate. Augu.

¶ Cum uiuis scis malum esse quod facis: & tamen facis, non ne uiuus descendis ad inferos. Augu.

¶ Dicunt.n. si Adam & eua peccauerunt, quid nos miseri fecimus: ut ignorãtię cecitate & difficultatibus: cruciatibus nesciremur. & prio errarremus nesciẽtes, quid nobis esset faciendum: deinde ubi nobis inciperent aperire pcepta iustitię uellemus ea facere & retinere. ea carnalis concupiscentię nescio qua necessitate nõ ualemus. quibus breuiter respondetur: ut quiescant & aduersus dominũ murmurare desistãt. recte enim fortasse quererentur si erroris & libidinis nullus hominum uictor existeret: cum uero ubiq3 sit presens: qui multis modis per creaturam sibi sicum seruientem. aduersum uocet. Doceat credentem, consoletur sperantem, diligentẽ exhor-

tetur. conantem adiuuet. exaudiat deprecantem, non ti bi deputetur ad culpam: qui inuitus ignoras: sed ꝙ negligis querere ꝙ ignoras. neq; illud quod uulnerata mẽbra non colligis: sed ꝙ uolentem sanare contemnis. ista tua propria peccata sunt. nulli enim hominum ablatũ est scire utiliter: quod inutiliter ignoratur: & humiliter confitendum esse imbecilitatem: ut querenti & confitenti ille subueniat: qui nec errat dum subuenit: nec laborat. Augusti.

¶ Exequias preclaras in conspectu hominum exhibuit purpurato illi turba famulorum: sed multo clariores in conspectu dei ulceroso illi pauperi ministeria angelorũ: qui eum non extulerunt in marmoris tumulum: sed in abrahe sinum. Augusti.

¶ Homo enim qui a se fieri non potuit: sic nec beatus a se fieri potest. Augusti.

¶ Homo. n. eum timere debet: a quo factus est homo. quod supra homines est time: et homines te non terrebunt. mortem sempiternam time: & presentem non curabis. ama ergo & time. ama quod promittit deus: time ꝙ minatur deus. Augusti.

¶ Homo nature obediens homini nocere non pōt. item homo ipse grande profundum cuius etiam capillos tu domine numeratos habes. & non minuuntur in te. & tamen capilli eius magis numerabiles quam affectus eius & motus cordis eius. Augusti.

¶ Homo non uoluit euitare peccatum dum ualuit. inflictum est, ut non possit: dum uelit. Augu.

¶ Homo qui uiuit secundum hominem: & non secundum deum, similis est diabolo. quia nec angelo secundum angelum: sed secundum deum uiuendum fuit ut staret in ueritate.

Augustinus.

¶ Homines tales sunt: qualia sunt ea que diligunt. quia dilectio transmutat diligētem in similitudinē rei. Aug.

¶ Homo fide: spe: caritate subnixus: eas quam in concusse retinens, non indiget scripturis: nisi ad alios instruendos. Augusti.

¶ Homini.n. gaudenti & carcer lętus est: & tristi pratū angustum est. Augu.

¶ Omnium animalium corpora siue quę in aquis: siue quę in terra uiuunt, inclinata sunt ad terrā: & non sunt erecta sicut hominis corpus: quo signatur etiam animū nostrum in superna sua.i.in eterna spiritualia erectum esse debere: Augusti.

¶ Ex quo incipit homo precepti esse capax: ex illo incipit posse peccare. duobus autem modis peccat antequā fiat sapiens. si aut non se accomodet ad accipiendū preceptum: aut cum acceperit non obseruet.

Augustinus.

¶ Infantia quidem hominis non a risu sed a fletu orditur hanc lucem quid malorum ingressa sit nesciens prophetat quodammodo. Augu. idem: puer aploratu incipit: nec ridere potest: propheta calamitatis & miserię lacrime sunt testes. non adhuc loquitur: & iam prophetat. erubescant cantatrices ibi non flere: ubi infans qui non

est uiuus predicat esse flendum.

¶ Quid enim sum domine ut laudem te? puluis & cinis ego sum. canis mortuus & fetens ego sum. uermis et putredo ego sum. nunquid tenebræ laudabunt lucem? aut mors uitam? nunquid uanitas laudabit uirtutem? tu es ueritas ego homo similis factus uanitati. nunquid miseria mea laudabit te? nunquid fetor laudabit odorē? nunquid mortalitas hominis que hodie est & cras tollitur, laudabit te? nunquid laudabit te homo putredo & filius hominis uermis: nunquid laudabit te domine: qui in peccatis conceptus est: & natus & nutritus.

Augustinus.

¶ Quis maior honor potuit esse homini quam ꝙ ad similitudinem sui conditoris conderetur: & eisdem uestimentis uirtutum ornaretur: quibus & conditor: de quo legitur. dominus regnauit decorem indutus est: omnium uirtutum splendore: & totius bonitatis decore ornatus est. uel quod maius homini potest esse dedecus aut infelicior miseria: quam ut similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informē & irrationabilem brutorum iumentorum similitudinem dilabatur? quapropter quisq; diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam: & uenerandam sancte trinitatis in se ipso imaginem agnoscat. honoremq; diuinę similitudinis ad quam creatus est nobilitate morum: exercitatiōe uirtutum: & dignitate meritorū habere cōtendat. ut qñ apparebit qualis sit: tunc similis ei appareat q mirabiliter eū ad similitudinē suā in prio hoie condidit. mirabilius

q̄ in secundo.i.in seipso reformauit. Augu.

¶ Quemadmodum itaq; factus est mundus propter hominem ut ei seruiat:ita homo factus est propter deū ut ei seruiret.si ergo mundus iccirco factus est: ut fieret homo:homo uero ideo factus est: ut deum factorem suum agnosceret:ut amaret:& coleret:ut beatam immortalitatem pro mercede laboris caperet.ideo autem premio beatę immortalitatis afficeretur:ut similis effectus angelis summo & immortali deo in perpetuum seruiret & eēt regnum eternum ipsi deo.hęc summa rerum.hoc archanum dei.hoc constitutionis mundi mysteriū.hec conditi hominis ratio.hic uniuersorum cardo.hoc qui nescit si ipse homo sit nescitur.hoc si philosophi tenuissent, in tot tam uarios:tamq; pernitiosos errores prolapsi non fuissent. Augusti.

¶ Sic diligendi sunt homines:ut eorum non diligamus errores. Augusti.

¶ Si maledictus est homo qui confidit in homine:ergo nec in seipso quisquam debet ponere spem. quia & ipse homo est: Augusti.

¶ Si quæratur quare creatus sit homo, breui sermone respondERI potest: propter bonitatem eius: quia bonus ē deus.sumus in quantum sumus: boni sumus.& si quæratur ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur ad laudandum deum.ad seruiendum ei. ad fruendum eo.inquibus proficit ipsa:nō deus.deus enim perfectus & summa bonitate plenus:nec augeri potest nec minui.q̄ ergo rationalis creatura facta est a deo, referendū

est ad creatoris bonitatem: & ad creature utilitatem. cũ ergo queritur quare uel ad quid facta sit rationalis creatura, breuissime responderi potest, per dei bonitatem & suam utilitatem. utile nempe ipsi est uti deo & frui eo:
Augustinus.
¶ Tante siquidem dignitatis est humana conditio: ut nullũ bonũ preter summũ bonũ ei sufficeret. Augu.
¶ Tria sunt principaliter bona coniugii s. Nuptiale bonum tripartitũ est. s. fides. proles. sacramentũ. in fide attenditur ne post uinculũ coniugale cũ alio uel alia coeatur. in prole ut amanter suscipiatur & religiose educetur in sacramẽto ut coniugiũ non separetur. & dimissus uel dimissa nec causa prolis alteri coniũgatur. Augu.
¶ Videndum est q̃ homo constet ex duplici natura corporali s. & spirituali. ideo duplices operatiões debet operari: ut secundum utramq; naturam ad eterna passibus operationum dirigatur. per intentionem rectam ad finem ultimum qui est deus eternus ut sic totus homo cũ tota familia sua spirituali bene ordinetur & pacificetur & regnum efficiatur eterno deo. nisi. n. deus regnum suum in nobis habere posset, non dixisset luce. xvii. regnũ dei intra uos est. hoc autem regnum non est esca uel potus: sed iustitia & pax et gaudium in spiritu sctõ. iustitia iustificans. iudicia cordis: siue rationis. pax tranquillãs imperia facultatis gaudium adimplens desiderium uoluntatis. hec Bona. unde. Augusti. nobilis est creatura anima ciuitas namq; dei est: De qua tam gloriosa dicta sunt. q̃ ad dei imaginem & similitudinem facta est. hec

ciuitas hierusalem merito appelata est. quia ad fruendũ uisionis illius pacis summę: quę facit utraq; unum, creata est. hec Augusti.

¶ Hominem deus fecit rectum. & reliquit eum in manu consilii sui. prouer.

¶ Concessit etiam deus. ut homo dei imaginem portaret in terra: datur postmodum similitudinem. si imago seruaretur illesa. Hiero.

¶ Magna dignitas animarum ut queq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiã sui angelũ delegatũ. Hiero.

¶ Inter canes qui infirmior est magis latrat. Hiero.

¶ Vxor est graue pondus: si excepta causam fornicationis eam dimittere non licet. quid enim si temulenta fuerit? si iracunda? si malis moribus tenenda erit. Hiero.

¶ Maius enim malum est ex libero seruum fieri quam nasci. Ambrosius.

¶ Supergreditur cõditionẽ humane nature: per q̃ homines angelis assimilantur. maior tamen uictoria uirginũ est quam angelorum. angeli enim sine carne uiuunt: uirgines in carne triumphant. sed ad id tendens dico q homestum est: ut homo sit castus corpore & animo: nõ q turpe sit coniugium: sed q hoc honestius & facilitatem habeat. Augusti.

¶ Homo tu qui es qui respondeas deo. Paulus.

¶ Omnis enim natura bestiarum. & uolucrum: & serpentium: & ceterorum domatur: & domita sunt a natura humana. linguam autem nullus hominũ doma ire potest. Beatus Iacobus.

¶ Liberi quippe arbitrii nos creauit deus: ut uoluntate nostra cum adiutorio dei qd uolumus faciamus. Chri.

¶ Malum hominem melius locum dando potest aliquis uincere: q̃ respondendo. qa malitia non instruitur sermonibus: sed excitatur: Chriso.

¶ O Insipiẽs homo quid prodest tibi post mortem ista memoria, si ubi es torqueris: & ubi nõ es laudaris. Cris.

¶ Comparatus est iumentis insipientibus ait Propheta & similis factus est eis. peius est comparari q̃ nasci. Naturaliter non habere rationem tolerabile est: uerum ratione decoratum irrationabili creaturæ comparari, uoluntatis est crimen: non naturę. Chri. Dedit deus homini linguam ad tria. s. ut deum laudet: ut proximũ edificet: ut in confessione coram deo se reprehendat & accuset. qui custodit os suum & linguã suam, custodit ab angustiis animam suam: Chriso.

¶ Omnem locũ quem calcauerit uestigiũ pedis uestri, uobis tradam &c. Iosue primo. unde glosa. si diabolũ uincere potuero: si meruero ut deus conterat eum sub pedibus meis, consequenter locum eius in celu habebo ergo si diabolus fuit ex excellentissimo ordine, uidetur q̃ homo possit ascendere ad supremũ ordinẽ angelorũ.

¶ Homo poterit omnia fugere preter cor suum. non. n. potest a se quisq; recedere. ubicunq; enim abierit reatus sui conscientia non dereliquit. quamuis. n. humana iudicia subterfugiat, omnis qui male agit iudicium tñ conscientie sue effugere nõ potest: qui plene nouit, malum esse q̃ gessit. Isidorus.

Homo.

¶ Cogita o homo quantum sit malum a facie christi separari. ab illo gaudio contemplationis excludi: Beatissima sanctorum omniũ societate priuari. mori uitę eternæ: & uiuere morti sempiternę: profundo fluctuãtis gehenne immergi: edacissimis uermibus in eternum dilaniari: nec finiri tribulationes incendii fluctuantis: strepitus pati baratri fumigantis. amara caligine obcecari: non sentire q^{d} illuminat: sed sentire q^{d} cruciat. Prosper.

¶ Rationalis creatura quę sola ad imaginem conditoris facta legitur, Data accepit optima: dum conderetur ad infima: & data accepit perfecta: dum sublimaretur ad summa: neq; enim melius alteri naturæ datum est ab eo. quod primum accepit per creationem scilicet imaginem dei: neq; perfectius accepit: eo q̧ postmodum esse meruit per gratiam scilicet dei templum dei filius. ut per amoris uinculum deo inseparabiliter colligatur. & sic fieri beatam: quod meruit per gratiam:

Hugo.

¶ Quid tale in me inuenisti pro quo tanta & dura & dire sustinere uoluisti: o bone iesu. si mihi saperet etiã preter hec q̃ dulciter cũ hominibus conuersatus es: q̃ magna etiam abundanter eis largitus es: dura & aspera pro eis passus es: dura uerba: duriora uerbera: durissima & horrenda crucis tormenta. flagellis cesus: spinis coronatus: clauis confossus: patibulo affixus: opprobriis saturatus: omnium tamen immemor dolorum ait Pater ignosce illis &c. expansis pro eis in Cruce manibus, Dedit risum malignantibus: & fletum

& fletum fidelibus: factus q̄ est omnibus derisui: qui so lus potuit esse terrori. quid igitur magis admirandum? quid amplius detestandum? quid amplius puniendū: q̄ quod uidens dei filium summum in regno angelorum: nouissimum in regno hominum apponit se magnificare homo super terram. quid superbis terra & cinis. quanto. n. se minorem fecit in humilitate, tanto se maiorem ostendit in bonitate. & quanto pro te est uilior: tanto tibi debet. eē carior. Quæ maior iniquitas q̄ ut inde creator a te cōtemnatur: unde plus amare merebatur. Amorem attende quo se totum tibi impendit nihil sibi retinens. attende & humilitatem qua seruiuit tibi: nihil sibi dominationis uendicans. primo omnia sua tibi dedit. dehinc & seipsum exposuit utilitatibus tuis: non parcens sibi propter te: in ieiuniis multis: in laboribus frequenter: in uigiliis supra modum: in fame & siti: in frigore & nuditate. Ber. unde. leo papa. Nam omnes infirmitates nostras quę ueniunt de peccato absq̄ peccati communione suscepit: ut est famis. sitis: somni: ac lassitudinis: meroris ac fletus affectionibus non careret. doloresq̄ se uissimos usq̄ ad mortis extrema pateretur. ministerium uero suum impleuit humilians semetipsum & obediens factus est patris usq̄ ad mortem: mortē autem crucis. sed parum tibi forte uidetur: q̄ cum eēt filius & coęqualis tamquam seruus seruiuit. factus quidem erat homo ut creator seruiret: & quid iustius quam ut seruias illi: a quo creatus es: sine quo nec esse potes. & quid beatius aut sublimius quam seruire illi cui seruire regnare est.

¶ Legitur in scientia naturali q̃ inter aīalia magnorum corporum nulli dedit natura tam paruum os secũdum corporis quantitatem sicut homini: quod factum est ad comendationem temperantie: & ad detestationem gulositatis. Bernar.

¶ Homo somno deditus est quasi imago mortis. Vita sine fructu grauior est morte. Bernar.

¶ Homo sicut nullum momentũ est quo nõ utatur uel fruatur dei bonitate: ita nullum debet esse momentum: quo deũ p̃ntẽ nõ habeat in memoria. hugo de claustro.

¶ O dio habenter peccata & non homines. leo papa.

¶ Homo adhoc natus est ut laboraret pro uictu. mentem pro uirtutibus. Tho. de. aqui. idem. homo non potest stare diu in tristitia: quin commutet se ad aliquod gaudium & delectationem: & ideo si non exercet se in gaudio & delectatione spiritualium, immergit se in delectationibus mundi. Tho. de aquino.

¶ Mansueti lętantur in oĩbus quę dei sunt: & possident cor suũ in puritate: & ẽ optimũ signũ ĩ hoĩe. Th. de aq.

¶ Bonorum societatem require. si fueris socius conuersationis, eris & uirtutis eorum: Isido. unde Sene. cũ his conuerſare: qui te meliorem facturi sunt. Illos tecum admitte quos tu poteris meliores facere: mutua ista fiunt. & homines dum docẽt, discunt: idem Sene. peiores morimur q̃ nascimur. nostrum hoc: non nature uitium.

¶ Ingratus unus miseris omnibus nocet. Sen. idem. magnanimus non est qui ex alieno liberalis est. idem. magnum imperium regit: qui sibi ipsi dominatur. idem: nil

carius emitur: quam quod precibus constat. Sene.
¶ Magnanimitas si iussit animo tuo cũ magna fiducia uiues intrepidus & alacer. magnanimi autem est non uacilare: sed constare. & finem uitæ intrepide expectare. Seneca.
¶ Nota q̃ homo mente & ratione est similis deo. unde dicit Seneca. ratio nihil aliud est quam pars diuini spiritus mersa in corpus humanum. & dicit idem. q̃ animus rectus quasi deus in humano corpore hospitatus.
¶ Lachrime autem sunt arma mulierum: uiros non decent nisi moderatissimæ atq; rarissime. Seneca.
¶ Quid prodest foris esse strenuum si domi male uiuitur. Senec. idem. Infirmus non curat medicum eloquentem: sed curare debet scientem.
¶ Homo est dominus suarum operationum a principio usq; ad finem. ergo secundum merita operationum liberi arbitrii recipit penam uel premium:
Aristoteles.
¶ Delectabile & triste peruertit estimationem prudentię: Aristoteles.
¶ Qui multis se ingerit & regit, iste seipsum ledit & perdit. Bonauentura.
¶ Ingratus enim extitit qui plenus uirtutib9 deum omnino non timuit. in hoc enim quisq; peccator fit culpabilior: quo est deo acceptior. ideo enim Adã plus peccauit: quia omni bono abundauit: Magister in libro quarto.
HONOR



Onor in hoc mundo plusquam despectio occupat. Gregorius.

¶ Honores secum pericula trahunt pericliclitatur potestas. Hyeronimus.

¶ Honor utrum possit appeti sine peccato, respondeo ꝙ non: quia dicit philosophus in tertio ethicorum. ꝙ nõ sunt uere fortes qui propter honores faciunt fortia &c. in angelica litera honor.

HVMILITAS.



Vmilitatem fictam fugies illã sectare quę uera est: quam Christus docuit: inqua nõ sit superbia inclusa. multi. n. uirtutis umbram: ueritatem eius pauci sequuntur. Hyeronimus.

¶ Libet intueri quanta uirtutum munera Dauid percepérat: & in omnibus quam fortem se humilitate seruabat: quem non extolleret: ora leonũ frangere: ursorum brachia dissipare despectis fratribus eligi: reprobato rege in regem ungi: horrẽdũ Goliã uno lapide sternere: a rege proposita extinctis allophilis numerosa ꝑputia reportare: promissum tandem regnũ ꝑcipere: totum Israelẽ sine cõtradictõe possidere, cũ tñ archã dei Hierusalẽ reuocat: oblitus se ꝑlatũ: oĩbus populis admixtus ante archam saltat: & qa corã archa saltare, ut creditur mos uulgi fuerat: in diuino obsequio super saltũ rotat. ecce quẽ dominus cũctis prętulit: se sub dño exequãdo minimus & abiecta exibẽda cõtemnit: non potestas regni ad memoriã reducitur. nõ subiectis uilescere metuit nõ se honore ꝑlatũ ante eius archã qui honorẽ: dederat

recognoſcit. corã domino egit debilia uel extrema: ut il la humilitate ſe ſolidaret: qui corã hominibus geſſerat fortia: quid alii ſentiant ignoro. Ego Dauid ſaltãtẽ plus ſtupeo: q̃ pugnantem: pugnando hoſtem ſubdidit: ſal tando ſeipſum: quẽ cum filia Saul adhuc tumore regii generis inſana eum humiliatum deſpiceret dicens, q̃ glo rioſus fuit hodie Rex Iſrael: diſcoperiens ſe ante ancil las ſeruorum ſuorum: & nudatus quaſi unus de ſcurris: audiuit: Iudam ante Deum qui elegit me potius q̃ pa- trem tuum. & paulo poſt Iudam & uilior fiam pluſq̃ fa ctus ſum &c. quaſi uileſcere coram hominibus appeto: qui a ſeruare mihi coram domino p humilitatẽ regnum quero. ſunt qui de ſe humilia ſentiunt: & in honoribus poſiti nihil ſe eſſe niſi puluerem perpendunt: ſed homi- nibus uiles apparere fugiunt. & quod interius cogitãt: rigida exterius uenuſtate palliant. ſunt qui uiles homini bus uideri appetunt: & oĩno ꝙ ſunt deiectos ſe exhiben do cõtemnũt. ſed intus ex merito oſtenſe uilitatis intu meſcunt. & tanto corde elati ſunt: quãto in ſpem elatio nẽ premũt: utraqꝫ elationis tela magna Dauid circũſpe ctione deprehendit: mira uirtute ſuperauit: qui. n. de in tus humilia ſentiens honorẽ exterius nõ querit, dicit Iu dã & uilior fiam &c. & qa per hoc ꝙ uilem ſe exterius prębuit: interius uero non intumeſcit adiungit eroque humilis in oculis meis. quaſi qualem me exterius de- ſpiciens exhibeo talem interius attende. Gregorius.
¶ Magna que agimus quaſi minima ducimus: cũ for tiora exẽpla penſamus: ſed tũc apud deum creſcunt per

meritum! cum apud nos metipsos per humilitatē decre scunt. Gre. Idem quia prima stultitia angeli elatio cordis fuit: uera sapientia afficitur hominis humilitas sue extimationis: quam quisquis uel magna sapiendo desérit: & eo ipso uehementer desipit quo se ipsum nescit.

Gregorius.

¶ Oculos. n. inclinare est nullum respiciendo despicere sed minorem atq; imparē cūctis quos aspicit estimare. saluabitur itaq; qui oculos inclinat. quia qui falsum sup bie uerticē deserit: ueritatis altitudinē ascendit. Gre.

¶ Pensandum est qui bona prodesse nequeunt: si mala non cauentur que surrepunt. perit. n. oē quod agitur: nisi solicite i humilitate custodiatur. operatur. n. qui agit bonum quod pręcipitur: sed quod operatur non custodit. hoc surrepit quod prohibetur: unde oportet semper bona agere: & nos ab ipsis bonis operibus cauta cogitatione custodire: ne si mentem eleuent, bona non sint quæ non auctori militant sed elationi. Gregorius.

¶ Qualis enim quisq; apud se lateat: contumeliæ illatę probant: nam sicut superbi honoribus: sic plerunq; humiles sua despectione gratulantur. cum se & in alienis oculis uiles aspiciunt: idcirco gaudent quia hoc iudiciū confirmari intelligunt: quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt. Gregorius.

¶ Qui gloriā non quærit, contumeliā non sentit. Gre. Idem. qui penuria non frangitur, a gratiarū actiōe non retrahitur: qui rerum temporalium desiderio non accēditur, scit humiliari, i, inopiam pati. Gregorius.

¶Ad hec unigenitus dei filius formam infirmitatis no
stræ suscepit. ad hoc inuisibilis, non solum uisibilis: sed
despectus apparuit. ad hoc contumeliarum ludibria: il
lusionum probra: passionum tormenta tollerauit, ut su
perbum non esse hominẽ doceret humilis Deus. Greg.
Idem. Altus quidem est Deus: uicinatur tamen humili
& non se erigenti.

¶Ab omnibus corripi: ab omnibus emendari paratus
sum: & solum amicum mihi existimo: per cuius linguã
ante apparitionem districti iudicis mee maculas men-
tis tergo. Greg. unde Cassiodorus: ad te domine sancte
nemo se erigendo peruenit: sed potius humiliatus ascen
dit: cum altissimus sis, proximior redderis supplicatione
curuatus.

¶Infelix per humilitatem impetrat felicitatem. & eo se
comendat dignum: quo confitetur indignum. Aug.

¶Super quem requiescat spiritus meus: nisi super hu-
milem & quietum & tremẽtem sermones meos. Isaya.

¶Sine causa enim loco se humiliat: qui corde se pro-
fert. Crisostomus.

¶Qui enim uult gloriam diuinitatis: necesse est ut se-
quatur uestigia humilitatis: primus namq; gradus hu
militatis est: sine mora obedire: secundus blande respõ
dere: tertius non contradicere: quartus uelle subesse:
quintus nolle preesse: sextus equales sibi præferre: se-
ptimus minoribus se æquare & deseruire uel etiam obe
dire. Bernardus.

Deus ẽ nõ minus pena puersorũ: q̃ humiliũ gloria. Ber.

¶ Compunctio cordis est humilitas mētis cum lachrimis exoriens de recordatione peccati. cum timore iudicii. Isidorus.

¶ Vnus quisq; se debet reputare inferiorem: dicendo q; reputare se inferiorem est dupliciter. uel quantum ad uitæ meritum: uel quantum ad officium. quantum ad uitæ meritum: quia nemo scit quanti meriti sit. sic debet se reputare inferiorem sed quantum ad officium non oportet: Bona.

¶ Quanto quis despectior est in hoc seculo propter deū tanto magis exaltabitur in futuro: Bona.

¶ Præmium meretur: qui iniuste maledicitur. Bona.

IEIVNIVM.

IEiunium continentiæ magisterium est: pudicitię disciplina: humilitas mentis: castigatio carnis: forma sobrietatis: norma uirtutis: purificatio animę. miserationis expensa: Leuitatis institutio: castitatis origo: senum gratia: custodia iuuentutis. Ambrosius.

¶ Si ergo qui ieiunat & tristem se facit hipocritat ē, quāto magis iniquior est qui non ieiunat. Chriso.

¶ Quid est enim ieiunium: nisi substantia celestis: ieiunium refectio animæ & cibus mentis est. ieiunium uita est angelorum. culpę mors. excidium delictorum. remedium salutis. radix gratie. fundamentum castitatis: Bonauentura.

¶ Nihil prodest homini ieiunare.orare . & alia religionis opera facere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Pius Papa.

¶ Ieiunium purgat mentem:subleuat sensum: carnem spiritui subiicit.cor facit contritum & humiliatum: concupiscentie nebulas dispergit: libidinum ardorem extinguit: castitatis lumen accendit. Bernardus. Idem. Ieiunium non solum abolitio peccatorum: sed extirpatio uitiorum.nec solum obtinet ueniam: sed meretur gratiam. nec solum delet peccata preterita quę commisimus: sed etiam repellit futura: quæ commitere poterimus. Bernardus.

¶ Diuersis intentionibus ieiunatur unde uersus. abstinet eger:egens: cupidus:gula:simia:uirtus: eger uel qa non potest comedere: uel propter medicinam: egens quia non habet: cupidus ne expendat: gula ut postea auidius comedat:simia. i. hypocrita ut laudetur: uirtus i.uirtuosus ut mereatur. Bonauentura.

INVIDIA.



Nuidia est dolor alienę felicitatis. Augu. unde Socrates. utinam inuidi haberent aures uel oculos in omnibus ciuitatibus ut de omnibus profectibus torquerentur.

¶ Qui non uult ab alio superari, necesse habet aliis inuidere. Augustinus.

Auertat deus inuidię pestem ab animis omnium:nedū

christianorum. uitium enim diabolicum ē inuidia: quo solo diabolus reus ē: & inexpiabiliter reus. non. n. dicitur diabolo ut damnetur: quia adulterium cōmisisti. furtum fecisti: uillam alienam rapuisti. sed quia homini stāti tu lapsus continue inuidisti. Augu.

¶ De inuidia odium: susurratio: detractio: exultatio in aduersis proximi: & afflictio in prosperis nascitur. Gre.

¶ Paruulus itaq; est qui inuidia occiditur: quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret.

Gregorius.

¶ Quemadmodum est egritudo ex rebus alterius aduersis: sic inuidia est egritudo ex alterius rebus secundis. Tullius.

¶ Ab optimo inuidia longa relegata est. Plato.

¶ Inuidus affligitur bonis: letatur iniquo.

¶ Detrahit. exultat. susurrat murmurat: odit.

INFERNVS.

IN inferno ignis non lucet ad consolationem. & tamē ut magis torqueat ad aliquid lucet. nam sequaces suos secum in tormento reprobi flamma illustrante uisuri sunt: quorum amore deliquerūt: q̄tenus qui eorū uitia carnal'r cōtra p̄cepta cōditoris amarunt: ipsorū quoq; interitus omnes in augumentum sue damnationes affligat. ut peccatores in supplicio amplius puniantur. Et eorum uidēt gloriā quos contempserunt: & de illorum etiam pena torquentur

quos inutiliter amauerunt. Grego:

¶ Mors miseris in inferno fit sine morte. finis sine fine, defectus sine defectu. quia mors uiuit. & finis semper incipit. & deficere defectus nescit: mors perimit & non extinguit: dolor cruciat sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit sed nequaquam tenebras discutit.

Gregorius.

¶ In inferno erit frigus importabile: ignis inextinguibilis: fetor intolerabilis. Gregorius.

¶ In inferno quare mors queritur & non inuenitur? quia quibus in hoc seculo uita offertur: & nolunt accipere, in inferno quærent mortem & non poterunt inuenire. Augustinus. idem. Sicut nullum gaudium rerum temporalium ex aliqua simili parte potest inueniri gaudia uitæ æterne quam sancti accepturi sunt: ita nullus cruciatus penarum temporalium potest sempiternis iniquorum cruciatibus comparari: unde Criso. excludi a bonis eternis: & alienũ effici ab his: que preparata sunt sanctis, tantum generat cruciatum: tantũ dolorem, ut si nulla extrinsecus pena torqueret hec sola sufficeret.

¶ Ille ignis durior erit: q̃ quicquid in seculo peccarum uidere aut sentire aut cogitare potest. Aug.

¶ Ve illis quibus preparabitur dolor uermiũ: ardor flãmarũ: sitis sine potu: fletus & stridor dentiũ: lachrime oculorũ: ubi mors optatur sed non dabitur. ubi nullus odor & sempiternus horror inhabitat. quis putas tunc erit meror? quæ tristitia? quis luctꝰ quãdo separabũtur

iniqui a consortio iustorum: & tradentur potestati de-
monum: & ibunt cum eis in supplicium eternum: ibi
que semper erunt sine fine in luctu: planctu & gemitu:
procul a gaudiis paradisi: nunquam refrigerium susce
pturi: sed per multa milia annorum cruciandi: nunquã
tamen heu miseri liberandi. Ibi torquens & puniens nõ
fatigabitur: ibi qui torquetur nunquam morietur: sic
enim ignis ille consumet ut uitam tamẽ semper seruet.
sic uetera tormẽta patientur ut semper inueniantur. sic
sine spe uenię & misericordie semper uiuent: ut tamen
moriantur. sic morientur ut tamen nunquam consumẽ
tur. Augustinus.

¶ In inferno sunt duo principalia tormẽta ibi frigus in
tolerabile. & calor ignis inextinguibilis: hec fulgẽtius.
unde anselmus: partes miserie sunt: turpitudo. pondero
sitas: imbecilitas: seruitus: infirmitas: anxietas: uite bre
uitas. Insipientia discordia. dedecus impotentia. timor
tristitia: unde auctor de spiritu & anima. quedam ani-
me in eisdem locis in quibus culpam comiserunt patiũ
tur. quedam uero abditis receptaculis: usqꝫ ad ultimam
resurrectionem continentur: sicut unaqueqꝫ digna est
requie & miseria.

IRA.

IRa etenim sacerdotis nequaquam debet esse
preceps & perturbata: sed magis consilii gra
uitate metuenda. & portare igitur debemus
quos corrigimus. & corrigere quos portamus ne si ex
utroqꝫ defuerit uel in feruore uel in mansuetudine actio

sacerdotalis non sit. Gregorius.
¶ De ira rixe. timor mentis. contumelie. clamor. indignatio. blasphemie preferuntur. Grego.
¶ Maius est qui uincit iram q̄ q uincit ciuitatem. unde Aug. melior est q q̄uis ira sepe tentatur: tamē impetrare festinat ut sibi dimittat: cui se fecisse agnoscit iniuriā q̄ q tardus irascitur & ad ueniā petendam tardius inclinatur. qui autem nunquam petit ueniā aut non ex aīo petit, sine causa est in Monasterio: etiam si inde non proiicitur. unde super Math. Si non dimiserimus ex corde qui in nobis deliquit, & hoc quod per penitentiā dimissum erat a nobis exigitur. Augustinus.
¶ Onera infirmitatis inuicem portamus: dum lenitate iram alterius sustinemus: & dum qui lesit si petit indulgemus. Augu.
¶ Ira in sinu stulti requiescit: prouer. Item respōsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

Iuuenes siue nouitii.


IVuenes namq; dici solent: qui nulla consilii grauitate fulciuntur. senes uero non eos scriptura sacra uocare consueuit: qui sola quantitate temporum: sed moris grandeuitate natura sunt. Gregorius.
¶ Iuuenes plerunq; seueritas admonitionis ad profectum dirigit. senē uero ad meliora opera deprecatio blāda componit, Gregorius.

¶ In cunctis que agitis radicem boni operis humilitatē tenete: nec quibus iam superiores: sed quibus adhuc inferiores estis aspicite: ut dum meliora uobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate ualeatis. Gregorius.

¶ Erubescere malum sapientia est: bonum uero erubescere fatuitas. Gre. unde glosa. melius est hic erubescere coram paucis: q̄ in futuro coram omnibus.

¶ Tres sunt modi cōuersorū. s. inchoatio: medietas: atq; perfectio: in inchoatione autem sunt blandimenta dulcedinis: in medio quoq; tempore sunt certamina tentationis: ad extremum uero perfectio uictoriosę pulchritudinis. Gregorius.

¶ Via dei inchoantibus angusta est. & perfecte iam uiuentibus lata: & dura sunt que contra consuetudinem spiritaliter animo proponimus. & tamen onus dei leue est, postq̄ hoc ferre ceperimus. Gre.

¶ Quid amabilius uerecundo adolescente: q̄ pulchra hęc & q̄ splendida gemma morum in uita & uultu adolescentis q̄ uere & minime dubia bonę nuncia spei: bone indolis index. Bernar.

¶ Ego. n. uerbis ꝓsperari non quero sed moribus. Gre.

¶ Adolescens si sine obedientia deprehenditur, qualiter nāq; in senectute ministrari sibi sperabit: qui in adolescentia senioribus obediētiā exhibere cōtēnit. uñ ēt in ꝓuerbiis hētur. q̄ dñari nequeat q plus alicui seruitutē ꝑbere denegat. pp quod & dñs Iesus in tpibus suę carnis dū adhuc in legitimā ętatē doctoris nō peruenit obedië

ter ministrationem suis parentibus exhibuit. Aug.
¶ Ego senex a puero nōdum anniculo paratus edoceri Aug. uñ Cris. stultus ē q bona que uidit, discere cōtēnit cū si unū pedē haberē in sepulchro & aliū extra adhuc discere uellem. nulla etas sera est ad discendum.
¶ In locutione quinq; res sunt obseruāde. hoc est quid dicitur. cui. quando. ubi. quomodo: &c. de disciplina in sermone uidelicet senex loqui debet de discretione bene consulendi: iuuenes de instantia bene faciendi. sapiētes de misteriis scripturarum. simplices de exemplis bono rum operum. hi qui exteriora tractant negocia, de soler tia acquirendi. hi qui quietam uitam ducunt de discipli na uiuendi. prelati de prouisione subditorum, subiecti de obedientia præceptorum. Hugo.
¶ Manifestum est q̄ profectus discipulorum gaudium & corona est magistrorum. hi enim sunt qui laborū fru ctum suorum edituri sunt. Fructus enim magistri est obedientia discipuli cuius bona conuersatio dat coro nam magistro. Ambrosius.
¶ Pulchra uirtus adolescētiū uerecūdia: & suauis gr̄a q̄ nō solū in factis sed in ipsis spectatur sermōibus. Amb.
¶ Non discat in tenero: quod postea dediscendū sit. diffi culter raditur q̄ rudes animi perbiberunt. Hiero.
¶ Si pater in limine iaceat: si mater ubera q̄bus te lacta uit ostendat, per calcatum perge patrem: per calcatam perge matrem: ad uexillum crucis euola. solum enim ge nus pietatis est in hoc esse crudelem. Hyeronimus.
¶ Discamus in terris quorum scientia nobis p̄seueret in

celis. Hieronymus.

¶ Tripartitus describitur esse unius cuius q; conuersi p fectus.s.primus.corrigendi a malo.secundus faciēdum bonū:tertius consequendi boni operis premiū. Isido.

¶ Inchoantibus bonū premium promittitur sed perseuerantibus.Isido.idem:conuersatio in adolescentia facit presumptionē in senectute.ex studiis suis itelligit:puer ex p̄teritis presumitur circa futura.

¶ Lectum intraturus pro diurnis offensis orationē semper aliquā faciat.ueniā petat.pectus percutiat.crucisq; munitū signaculum suum.deo spūm humiliter commendet: qui a somno surgens cū aliquanta se domino laude consignat. Bona.

¶ Quidam nouitius parisiēsis matri sue uolenti de religiōe exēplificare.sic legitur rn̄disse.christus propter matrem suam non descendit de cruce.sic nec ego propter te deseram crucem penitentię. Bona.

¶ In iuuene tria notantur:quibus ad probitatē uenturus prenoscitur hec autē sunt.taciturnitas:corporis continentia.& uerecundia. Ansel.

¶ Doce iustum & festinabit accipere: prouer.

¶ Fili a iuuētute tua excipe disciplinā & usq; ad canos inuenies sapientiam prouer.

¶ Solet inter primordia conuersionis acrius insurgere tentatio praue consuetudinis & uix possunt extingui iacula ignita diaboli.cassiodorus.

¶ Adolescēs sic senū p̄ceptis gaudēt qb⁹ ad uirtutū studia ducūtur.nec minus itelligo me uobis q̄ uos mihi eē

iucundos. sed uidetur ut senectus non modo languida atq; iners non sit: uerum etiam sit operosa & semper agens aliquid & moliens. tale quale cuiuscunq; studiũ in superiori uita. Tullius.
¶ In iuuentute cogitaui ut bene facerẽ: in senectute ut bene moriar. Seneca.

IVDICIVM FINALE.

IN illo iudicio finali uel circa illud iudicium. has res didicimus esse uenturas helie tesbite: fidem iudeorum ante Christum persecuturũ Christum iudicaturum: mortuorum resurrectionem: Bonorum malorumq; discretionem: mundi conflagrationem: eiusdemq; renouationem. Augu.
¶ Ecce mora non erit: & ardente terra, corruscantibus elementis: cum Angelis & Archangelis cum Trhonis & dominationibus: cum principatibus & potestatibus tremendus iudex apparebit: que mens erit hominis eterni iudicis sententiam non formidantis. ibi. n. tunc simul cuncta peccata ante oculos redeunt. ibi omnia que cum delectatione acta sunt ad memoriam cum pauore reuocantur. Grego. unde Ambr. ue mihi est, si non peccata mea defleuero: ue mihi est: si non media nocte surrexero ad confitendum tibi domine: ue mihi si dolum proximo meo fecero, ue mihi est si non locutus fuero ueritatem ad radicem securis posita est. faciat fructum qui potest gratiæ: qui debet penitentię. adest dñs qui fructum

requirat: fecundos uiuificet: steriles deprehendat.
¶ In illo die nihil quod respondeamus. ubi celũ & terra. aqua: sol: & luna. dies & noctes: & totus mundus stabit aduersus nos in testimonium peccatorum nostro℞. & si omnia taceãt: tamen ipse cogitationes nostrę spiritaliter stabunt ante oculos nostros accusantes nos ante deum dicente apostolo cogitationibus inuicem accusantibus. Crisostomus.
¶ Considera igitur aīa mea cũ tremore qd erit de te in die nouissimo: qñ cõtra te de cogitatiõibus loquetur cõsciẽtia. qñ te de tuis actiõibus oĩbus accusabũt elementa. qñ cõtra te crux Christi portabitur in testimoniũ. qñ uerbera ipsius contra te clamabunt. uulnera eius allegabũt. claui loquẽtur. cicatrices cõquerẽtur. O Angustię. hinc erũt peccata accusantia. Inde terrens iustitia. intus urens cõsciẽtia. subtus horrẽdũ chaos inferni supra iudex iratus iusti iudicii. foris mundus ardens. intus iustitia iudicantis terrens. & si iustus uix tunc saluabitur: īpius & peccator ubi apparebunt? in quam partẽ se premẽt? latere erit īpossibile: apparere intollerabile. Ber.
¶ Nihil. n. facit hõ ex deliberatiõe. ꝗ deus nõ reputet ei ad præmiũ uel nõ imputet ei ad aliqd demeritũ. uñ i die iudicii ut dicũt de omniũ actu deliberatiuo rationẽ reddemus. Bona. unde Anselmus. quod exigetur a nobis omne tempus impensum qualiter fuerit expensum.
¶ Veniẽte aũt ad iudiciũ dño in fortitudine & potestate magna, sol: & luna dicuntur obscurare nõ sui luminis priuatiõe: sed supraueniẽte maioris luminis claritate, uir

tutes quoq; celorum.i.angeli dicũtur moueri.nõ metu damnationis uel aliqua perturbatione pauoris. sed qua dam admiratione eorũ q̃ uiderint. unde Iob.xxvi.colũ ne celi pauent aduentũ eius.Sol & Lũa eclipsis patien tur sicut Ioel testatur dicens.sol cõuertetur in tenebras. & luna in sanguinẽ ante q̃ uẽiet dies dñi magnus & hor ribilis.hoc magister in lib.iiii.di.iiii.cap.viii.unde Bon. magno uere dr̃ pp magna que ibi fient.queritur que sũt illa magna que tũc fient & signa que precedent, respon deo q̧ ita consueuit referri. q̧ prima die Maria oĩa exal tabuntur.xv. cubitis super excelsos montes orbis terre & superefluentia. Secundo equora prosternentur imo profundi ita q̧ uix queant humanis obtutibus aspici ter tio omnia Maria redigentur in antiquũ statũ: qualia ab exordio creata fuerũt.Quarto belue oẽs & oĩa que mo uentur in aqs cõgregabũtur & eleuabũtur sup pellagus more cõtentiõis inuicẽ mugiẽtes nesciẽtq; homines qd cogitent sed tantum deus.Quinto oĩa uolatilia celi con gregabũtur in cãpis unũquodq; genus ĩ ordine suo. eo dem modo uolucres inuicẽ plorantes erũt nõ gustantes neq; bibẽtes.sed aduẽtũ iudicis timentes.sexto flumina ignea surgent ab occasu solis cõtra faciẽ firmamẽti usq; ad ortũ tendentia.septimo errantia sidera & stationata omnia spargent ex se igneas comas qualiter in cometis apparet signum orbi cum habitatoribus suis. octauo terremotus erit magnus ut nullus homo possit stare & nullũ animal sed solo prosternitur omnino omnes lapi des tã parui q̃ magni scindẽtur in quatuor ptes: & una

queq; pars collidet alteram partem. nesciet q; homo so num illius nisi solus deus. decima die omnia ligna silua rum & olera herbarum sanguineum fluent rorem. unde cimo omnes montes & colles & oia edificia humana arte cõstructa in puluerem redigentur. duodecimo om nia animalia terre uenient ad campos de siluis & mon tibus rugientia & mugientia non gustantia neq; biben tia. tredecimo die omnia sepulcra ab ortu solis usq; ad occasum patebunt cadaueribus resurgentibus usq; ad horam sepulchri finalis. i. diem iuditii: quarto decimo die omne humanum genus q̄ inuentum fuerit de habi taculis descendent uelociter non intelligentes neq; lo quentes sed discurrentes. quinto decimo die homines morientur ut resurgant cum mortuis longe ante defun ctis. hæc utrum ita se habeant deus nouit. Bona.

IVRAMENTVM



Vramentum autem semper intelligitur esse temerarium cum non subest necessitas. xxii. q. iii. cũ illicitum ergo iuramentum quod ser uare prohibetur. q̄ iuramentum prestandum non sit au ctoritate canonicę scripturę probatur. ait. n. christus in euangelio discipulis: sit sermo uester est est. non. non. quod amplius est, a malo est. xxii. q. i. unde Augu. fal sa iuratio ẽ pniciosa, uera periculosa, nulla secura. Aug. ¶ Testis est deus. Pau. ad Thi. ii. unde. Augu. ita ne ue ro quis quis es praui cordis, uel peruerse si dicas per deũ

iuras. si dicas testis. est deus. quid est testis est deus. nisi per deum. quid autē est iurare? nisi ius deo reddere. quā do per deum iuras ius saluti tue reddere quando per salutem tuam iuras, ius filiis tuis reddere. quando per filios tuos iuras. quid autem debemus deo: saluti nostre: filiis nostris nisi ius charitatis: ueritatis: & non falsitatis: maxime per deum cum sit ipsa uera iuratio. Augu.

¶ Iuramentum proferre est. uoto diuine seruituti alligare cum bona promittimus, bene facere spondemus. cū abstinentiam & cruciatum carnis uouimus, nobis male facere iuramus. sed quia nemo est qui interdum inter pia uota non peccet pro peccato agna siue capra offerri precipitur. per aguam actiue uite innocentiam: per capram quæ in summis rupibus pascitur, contemplatiua uita significatur. Qui ergo se aspicit non implere, seipm̄ debet uel innocentia boni operis uel in sublime pasta contemplationis ascendere. & notandum quia agna de gregibus capra uero de gregibus non iubetur offerri. quia actiua uita multorum est. contemplatiua paucorum & cum agimus que multos agere cōspicimus, qua si agnam de gregibus damus. sed si offerentis uirtus ad agnam capramq; non suficit in remedio penitentie, duo pulli columbarum uel duo turtures offeruntur. pulli columbarum gemitū habēt pro cantu. ergo per duos pullos columbarum aut duos turtures duplex penitētium gemitus desigātur quia si recta negleximus praua facimus unum turturem pro peccato offerimus cum pro culpa gemimus de altero holacustē facimus cū pro bo

nis neglectis nos metipsos funditus succēdentes igne doloris ardemus. Grego.
¶ Sancta sinodus decreuit nisi pro pace facienda: ut omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant. Magister.
¶ Si quis per capillum dei uel per caput iurauerit, si ecclesiasticus est, ordine deponatur. si laicus anathematizetur. xxii. q. i.

IVSTVS.

IVstorum quippe fortitudo est carnem uincere: propriis uoluntatibus contra ire: delectationem uite presentis extinguere: huius mundi aspera pro ęternis premiis amare: prosperitatis Blandimēta cōtēnere: aduersitatis metū i corde supare. Gre.
¶ Iusti cū hic iniustos errare conspiciunt, de errore per euntiū lętari non possunt. si. n. gaudent erroribus, iusti non sunt. rursum qui per insultationē lętantur tales non sunt quales alios esse cōspiciunt. omnes supbi sunt. Gre.
¶ Iustus & si quid delinquendo loquitur: tñ dignum nō est ut ab iniustis & praue uiuentibus iudicetur. Gre.
¶ Iusti uiri cum districtionē uenturi iudicis contemplantur, peccata sua ad memoriā reducunt. deflent quę comiserunt districte se iudicant ne iudicentur. Gre. idem: dominum tanto quis securius expectat, quanto quottidie uitam suā suspectius examinat. idem: electi intra sinum cordis aduersum quicquid se impugnat enumerant. ibi ante oculos suos omne qꝫ defleant coacertuant. ibi quicquid per iram districti iudicis discerni possit intuentur ibi tot patiuntur supplitia quot pati timent. nec deest in

hoc iudicio mente concepto omne ministerium q; puni re reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat: ratio iudicat: timor ligat. dolor excruciat. Grego.

¶ Sancti uiri cũ huius mundi potestate fulciuntur tan to sub maiori mentis disciplina se redigent: quanto sibi per impatientiam potestatis suadere ilicita quasi licen tius sciunt. Grego. idem. solus in illicitis non cadit qui se aliquando & a licitis caute restringit. Grego.

¶ Sancti uiri qui breuitatem uite indesinenter aspiciunt quasi quottidie morientes uiuunt: & tanto se solicitius preparant: quanto & nulla esse transitoria ex fine semp pensant. Grego. idem. mens tanto altius inter tentatio nis fluctus tollitur quanto solicitius ab huius seculi co gitatione uacuatur: Grego.

¶ Sepe tamen delectatur uir sanctus secundum carnẽ in aliqua re ut requiescendo post laborem: edendo post esuriem. nec tamen talis delectatio est peccatum nisi sit immoderata. Mgister.

¶ Sancti uiri quo altius apud deum uirtutum dignita te proficiunt eo subtilius indignos se eẽ deprehendunt. quia dum proxime luci fiunt quid quid eos in se ipsis latebat inueniunt. Grego.

¶ Sicut labor iustorum est uidere praua nec corrigere: ita grauis est labor arrogantium si quod sapiunt non ostendunt. Grego.

¶ Sancti uiri nequaq̃ curas extrinsecas appetunt sed oculto ordine sibi sup ipositas gemũt. & q̃uis illas p me liorẽ intentionẽ fugiãt, tñ p subditã mentẽ portãt quas

quidem summopere si liceat uitare festinant. sed timen
tes occultas dispensationes dei: tenent q fugiunt. exer
cent quod uitant. Gregorius.

¶Recte mentis est deum non solum in prosperis bene
dicere. sed etiam in aduersitatibus collaudare. Greg. un
de Aug. felix sit mundus. euertatur mundus: benedicā
domino qui fecit mundum secundum carnem: male sit
benedicam domino in omni tempore: idem quicquid
homo fecerit laudabilem inuenit per iustitiam suplicio
rum. si peccata confessus: & ad recte uiuendum redierit
laudabilem inuenit per misericordiam indulgentiarum
Au. idem. tacet enim strepitu. & clamat effectu. Aug.

¶Iustus erit qui hic eguerit: illic abundabit: & qui hic
laborem tollerauerit: illic consolationem habebit. qui
autem hic receperit bona: illic mercedem eorum spera
re non poterit. paupertas. n. mercedem suam reseruat cē
sus assumit. Ambrosius.

¶Tantus est numerus seductorum: & eorum qui de
grege diuino diabolo rapti sunt: ut supputatione non
queat comprehendi. unde Math. xii. multi sunt uocati
pauci uero electi. non mirum, si numerus electorum ra
rus sit. qui etiam rari sunt lapides præciosi. rara quoque
& preciosa sunt aurum & argentum. sic in omni gene
re rerum uidemus omnia rara quæ præciosa sunt. uilia
autem & rusticana habentur in habundantia. sic igitur
non mirandum est. si stultorum uel reproborum infini
tus ē numerus. Hyeronimus.

¶Sancti uiri funditus seculo renunciantes ita huic mū

¶ Sancti uiri funditus ſeculo renunciantes ita huic mundo moriuntur, ut ſoli deo uiuere delectentur. quanto qꝫ ab huius ſeculi conuerſatione ſe ſubtrahunt: tanto iterną mentis acie preſentiam Dei & cum Angelis societatis frequentiam contemplantur. Iſidorus.

¶ Rectos decet collaudatio. gloſa. recti ſunt: qui dirigũt cor ſuum ſecundum uoluntatem dei que recta eſt.

¶ Iuſtus in principio accuſator eſt ſui: in medio ſupplicare & orare: in fine gratias agere. Gloſa.

¶ Iuſtus ſi morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit ſapientie.

¶ Iuſtus nemo eē poteſt: qui mortem: qui dolorem: uel egeſtatem timet: aut ea que his ſunt contraria equitati anteponat: tullius.

¶ Iuſtitia eſt animi libertas tribuens unicuiqꝫ ſuam propriam dignitatem. maiori reuerentiam. pari cõcordiam minori diſciplinam. deo obedientiam. ſibi ſanctimoniã inimico patientiã: egeno operoſam miſericordiã. Anſel.

¶ Iuſtitia nihil aliud eſt q̃ uoluntatis rectitudo. Anſel.

¶ Iuſtitia magna uirtus eſt. non nouit patrem neqꝫ matrem: ueritatem nouit. perſonam non accipit: deum imitatur. Anſelmus.

¶ Iuſtitia etiam que eſt uirtus ſpecialis & dulce ferculũ pie mentis: ſine pietate crudelitas eſt. Augu. idem: iuſtus libere ſeruit deo. iniuſtus cõpeditus ſeruit. Augu.

¶ Sed creator preparat omni tempore ſacramenta: & obedientię pie preponit edicta: ut contra peccata ſacramenta in remedium ſint: & temporalium obſeruatio

mandatorum eternorum afferat premia donorum. unde si aliqui sub peccato geniti paruuli obeunt absq; remedio salutari pertimesce iustitiam dei. ipsi enim sicut nesciunt culpam cum qua ex carne nascuntur: sic nesciunt gratiam que per xp̄m renouatur. non excusat paruulos a culpa quia eam non norunt: nec excludit gratiam ab eis quia eam nesciunt. queris in eis culpā, inuenis ex carne traductam. queris in eis gratiam, inuenis a deo collatam. illa debite damnatur. hec debite prorogatur. illa iudicium p̄dicat. hec misericordiam representat. in utroq; deus agnoscitur: cui misericordia & iuditium perpetua laude cantatur. sed ab his intuendis mens nostra: mens infirma quia peccatis obruta citius ad seipsam redeat sibi q; remedium querat. ut qui in Adam cecidit in christo resurgat. Augusti.

¶ Iustus aduocatus nullo modo iniustas causas accipit nec uerba dare pro iustitia consentit: Grego.

¶ Virtutem quartam cardinalem. s. iustitiam, ut est uirtus politica, Macrobius diffinit dicens. iustitia est mundum istum despicere: & seruare unicuiq; q̄ suum est. s. sibi ipsi & proximo: & deo. Secundo. iustitia ut est uirtus purgatoria, est ad ueram propositi uiam consentire. tertio. iustitia ut est uirtus purgati animi, est cum diuina mente perpetuo federe sociari. exemplaris iustitia ut in deo est q̄ perenni lege a superni sui operis continuatione non flectitur. Macrobius

¶ Ait dominus ad ezechielem. si auerterit se iustus a iustitia sua: & fecerit iniquitatem, secundum oēs iniquita-

tes quas operari solet impius, nũquid uiuet? omnes iustitias quas fecerit non recordabuntur. in peccato suo morietur. et non erunt in memoria iustitię eius: quas fecerit. de peni. di. iiii.

¶ Facile deuiat a iustitia: qui in causis magis hominem q̃ deum formidat. Chrisosto.

¶ Inimicus. n. iustitie est qui penę timore nõ peccat. amicus uero iustitiæ q eius amore nõ peccat magister in libro. iii. di. xxxvi.

¶ Iustitia & misericordia ita coniunctę sunt. ut altera ab altera debeat tẽperari. iustitia. n. sine misericordia crudelitas ẽ. misericordia sine iustitia dissolutio est. Th. de aq.

¶ Iustitia sine prudẽtia poterit multum. sine iustitia nil ualebit prudentia. tullius.

IVDITIVM SIVE IVDICES.

IVdicium humanum quatuor modis peruertitur. timore cupiditate odio & amore. timore dum metu potestatis ueritatẽ loqui pauescimus. cupiditate dum premio muneris corrumpimur. odio dum contra quemlibet aduersari molimur. amore dum amico uel propinquis placere cõtendimus. his. n. q̃tuor causis sepe ęqtas uiolatur: sepe ĩnocẽtia ledit̃. Isi.

¶ Quis quis recte iudicat: & premium inde remunerationis expectat, fraudem in deo perpetrat. quia iustitiã quam gratis partiri debuit, acceptatione pecunie uendidit. Gregori. unde. Augusti. iniquum est ut quisq; iudicare de alio uelit & iudicare de seipso nolit. cum iudicaueris te ipm sine adulatiõe, iudica proximũ cũ dilectiõe

¶Qui enim semetipsum non iudicat, quid in alio rectum iudicet ignorat. Greg.
¶In hac uita difficile est ut nos ipsos nouerimus. quanto minus debemus de quoq; perperam ferre sententiã. quia si hodie malum nouimus, cras qualis futurus sit ignoramus. & forte quem uehemẽter odimus frater noster est & nescimus. Augu.
¶Iudicare digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua uel odia uel gratiã sequuntũr Gre. Idẽ: quia internis atq; inuisibilibus oculis claudimus. & uisibilibus pascimur, plerunq; hominem non ex eo q̃ ipse est: sed ex his que circa ipsum sunt ueneremur. cum non intuemur quid ipse sit: sed quid possit in acceptione personarum. non ex personis sed ex rebus adiacentibus ducimur. unde Isi. iudices iniqui errant a ueritate scientiæ: dum intendunt in qualitate persone. & exulcerat sæpe iustos dum improbe defendunt iniquos: unde Ambro. pronum genus humanum fauere honoratioribus.
¶Sicut enim secundum carnem uiuere male uiuere est ita secundum carnem iudicare: iudicare iniustum est. Crisostomus.
¶Iudicium de alio ex petere non debet qui de se iudicare contemnit: iniquum est ut quisq; de alio iudicare uelit: & iudicare de se nolit. Crisostomus.
¶Iudices prudentie ac fortitudinis oportet esse participes. Plato.

LECTIO.

Ectio enim quasi fundamẽtum primo occur rit: & data materia mittit nos ad meditatio nem: meditatio uero quid appetendum sit di ligentius inquirit: & quasi effodiens thesaurum inuenit & ostendit. sed cũ per se obtinere non ualeat, mittit nos ad orationem: oratio se totis uiribus erigit ubi reperit thesaurum desiderabilem contemplationis suauitatem. hęc adueniens predictorum fratrum laborem remunerat: dũ celestis rore dulcedinis animam sitiẽtẽ inebriat: lectio ergo est secundum exterius exercitium: meditatio secundum interius intellectum: oratio secundum deside rium: contemplatio super omnem sensum: primus gradus est incipientium: secundus proficientium tertius est deuotorum. quartus beatorum. hi autem gradus ita cha tenati sunt. & uicaria ope sibi inuicem deseruiunt: q̄ pre cedẽtes sine subsequentibus aut parum aut nihil ꝓsunt quid enim prodest lectione continua tempus occupare: sanctorum gesta & scripta legendo trãscurrere, nisi ma stigando & ruminando succum bibamus: transglutien do usq; ad cordis intima transmittamus: ut ex his dili genter consideremus statum nostrum: & studeamus eo rum opera agere: quorũ facta cupimus lectitare. ex his possumus colligere, q̄ lectio sine meditatione arida est. meditatio sine lectiõe erronea est. oratio sine meditatiõe est tepida. meditatio sine oratione infructuosa. oratio cũ deuotione contemplationis est acquisitiua. contempla tiõis adeptio sine oratiõe aut rara aut miraculosa. Aug. ¶ Si in lectiõe deum querit qui legit, omnia cooperãtur

ei in hoc ipsum .si autem in aliud declinat sensus legen- tis, omnia trahit post seipsum: nihilq; tam sane. tam piũ in scripturis inuenit quod seu per uanam gloriam . seu per distortum sensum: seu per prauum intellectum non applicet sue malitię uel uanitati. Bernardus.

MALITIA.


Alitiã uel malum non esse a deo creatũ : sed a diabolo inuentã qui & ipse bonus creatus est. Augustinus.

Malitia alterius quid tibi nocere põt, si cõtra te infla tur: si detrahit: si obiurgat: si ipsum magis prodit. quia bonus nõ ẽ. nã si tu bonus fueris: & in patiẽtia mãseris, nil mali tibi intulit. sed potius meritum tuum auxit . tu clarior ex opprobrio coram sapiẽtibus. tu probatior ex uirtute patientie. nemini nocet prauitas alterius . nemi nem ledit uerbum contumeliosum. q̃ diu ipse impius & immotus fuerit. hec Io. Gerson.

Malitia inclinat uolũtatẽ ad malũ. sic gratia ad bonũ sed malitia remãebit in dãnatis sicut & gratia in beatis. ergo sicut boni bona que semper uoluerunt & semp uo lunt: ita damnati semper uolunt mala. Bona.

Nec ulla pnities uite maior inueniri põt q̃ malitia : si mulatio intelligẽtie. Malitiosus non ẽ sapiens: nec mali tia ẽ uirtus: sed malitia coniungitur cum uitio : malicio sus maiorem partem ueneni sui bibit. Tullius.

MENDACIVM.

MEndacium nonnunquam peius ē meditari q̄ loqui. nam loqui plerunq; precipitationis ē: meditari uero studiose prauitatis. Grego.

¶Mentitur ille. qui dicit quod putat falsum: nec ē liber a mendacio: qui ore nesciens uerum loquitur. sciens autem non esse uerum uoluntate mentitur. Augu.

¶Omnis autem qui mentitur iniquitatem facit. nemo enim mentiens in eo quod mentitur seruat fidem. Au.

¶Súmopere cauendū ē omne mendaciū: quis nonnunquā sit aliquod genus mendacii culpę leuioris. s. si quisq̄ beneficium prestando mentiatur. Grego.

¶Caue mendacium in omnibus. mendacio enim fides tollitur: error inducitur: ueritas aboletur: nullum mendacium potest esse iustum. Isido.

¶Nec artificioso ingenio: nec simplici uerbo oportet decipe quenq̄: qa quolibet mō mētiatur qs, offēdit. Isi.

¶Os quod mentitur occidit aīam. prouer.

¶Perfectis uero non conuenit mentiri: nec etiam pro temporali uita alicuius: nec pro corpore alterius an mā suā occidant. licet autē eis uerū tacere: sed nō falsum dicere. Item his uidetur innui mendacia illa quæ fiunt ioco uel salute alicuius, imperfectis esse uenialia peccata: pfectis uero illud quod pro comodo alterius dicitur esse damnabile: quod etiam de mendatio iocose putari pōt si iteretur. magister li. iiii. di. xxxviii.

¶Monilia q̄ ornāt pectus & discretio ē. qa si qs dicat ueritatē nō quando debet: uel ut nō dēt: uel ubi non debet nō sunt seruatę circūstantię uerū loquendi. Bena.

¶ Opinari uera certe pulcrũ eſt: mentiri turpe. plato.

MISERIA ET MISERICORDIA


Iſericordia quid. n. eſt niſi alienæ miſerię in noſtro corde cõpaſſio: cui utiq; ſi poſſumus ſubuenire compellimur. Auguſti.

¶ Miſer eram: & miſer eſt omnis animus iunctus amicitia rerum mortalium. Augu.

¶ In ſumma tribulatione poſitis ſola eſt miſericordia creatoris: Gregori.

¶ Nemo ergo dei pietate diffidat. quoniã maior eſt eius miſericordia q̃ noſtra miſeria. & quis quis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum quoniam miſericors ẽ. tardius ei quidem uidetur peccatori ueniam dare: quã ipſi peccatori accipere. ſic. n. feſtinat abſoluere reum a tormento conſcientie ſuæ quaſi plus eum cruciet cõpaſſio miſeri: q̃ ipſum miſerum compaſſio ſui. Augu.

¶ Qui. n. filius quem non corripit pater. pau. ad hebreos. xii. un de Augu. dat diſciplinam ut non auferat miſericordiam. cedit contumacem ut reddat hereditatem: ſi promiſſa patris bene agnouiſti, non timeas flagellari: ſed exheredari: curre ſub manu patris flagellantis. quia dum flagellat, erudit ad hereditatem. noli eẽ iniquo ſenſu & puerili ut dicas plus amat pater meus fratrem meum: permittit facere qd quid uult quam me. quia ſi me mouero contra iuſſionem eius, flagellũ inuenio. potius gaude ſub flagellis: quia tibi ſeruatur hereditas. Augu.

¶ Omnipotentis dei misericordia dicitur: qui omnipotentis dei iustitie fuerit oblitus. quia quisquis eum nũc iustum non timet, postea inuenire non ualet misericordem. Gregorius.

¶ Legitur dominum iesum xp̄m planxisse lazarum nõ mortuum: sed ad uitę huius miseriã suscitandũ. Ambro.

¶ Quamuis deus sit summe misericors: tamẽ misericordia sua nullo modo iustitie eius obuiat: misericordia. n. quæ iustitiam tollit magis stultitia quam uirtus dici debet. Tho. de aquino.

¶ Sed qui uult a malis liberari, studeat malis proximi compari. quia qui uult impetrare misericordiam a deo, necesse est ut exhibeat eam proximo. Glosa.

¶ Nihil uenali misericordia turpius. Seneca.

¶ Nullã ex omnibus uirtutibus magis homini conueni re scimus quam clementiam: cum sit nulla humanior. clementia in quãcunq; domum peruenerit, eam felicem tranquillamq; prestabit. Seneca.

MONACHVS



ONACHVS. reuerentiam sui habitus: in actu: in locutione: in cogitatiõe semper circunspiciat. & ea que mũdi sunt perfecte deserat. et quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante dei oculos moribus pretendat: Gregori.

¶ Electis suis deus iter asperum facit: ne dum delectantur in uia, obliuiscantur eorum quę sunt in patria: Gre.

¶ Curremus fratres cariſſimi nequa nos immũdicia pol luat qui in eterna patria & dei ciues & angelis ęquales ſumus, uendicemus moribus dignitatẽ noſtrã. Greg.

¶ Vos qui uiam uitę extra hominum frequentiam duci tis tanto maiora certamina pati neceſſe eſt: quanto ad uos magiſter tentationum accedit. Grego.

¶ Bona fratres cum agitis ſemper ad memoriam mala acta reuocate: ut dum caute culpa conſpicitur, nunquã de bono opere incaute animus letetur Greg. unde Am broſius ſapiens ſi epuletur: ſi cogitet: ſi oret: ac deprece tur ante oculos eius ſemper error eſt proprius: & momẽ tis omnibus pulſat culpam cõſcientia nec quieſcere nec obliuiſci ſinit.

¶ Erat ſimplex & rectus Iob primo. unde Grego. ſim plex & rectus eſt ille qui in aduerſis non frangitur: qui ad temporalia non inclinatur uel incuruatur: qui ad ſu periora totus erigitur: qui ſe domini uoluntati humili ter ſubiicit. Gregori.

¶ In dei cauſis occupatus conſolatione fulciri non ama ritudine reprimi. eſt mihi bone uir hoc ex dei munere in magna conſolatione. ꝙ opus ſanctum quod in me non habeo, diligo in te. Gregori.

¶ Obolum habens monachus: nõ ualet obolum. Gre:

¶ Nemo infima deſerens repente fit ſummus. quia ad obtinendum perfectionis meritũ: dum quottidie mens in alta ducitur adhoc proculdubio uel aſcenſionis cuiuſ dam gradibus peruenitur. Gregori.

¶ Quid. n. prodeſt ſi locus corporaliter quietus tenetur

& inquietudo in corde uersatur? Grego.
¶ Qui nihil habet in mundo quod diligit, nihil est in mundo quod pertimescat. Gregori.
¶ Qui mundum deserunt, ad exteriora officia prouehi non debent: nisi per humilitatem donum in eiusdẽ mundi contẽptum solidetur. Grego.
¶ Vilis tunica contemptum seculi probat. ita dumtaxat ne animus timeat: ne habitus sermoq; dissentiant. unde licet faciliter uitari nõ possit iuditium suspitionis uel hęsitationis, cauendum est tamen penitus a iuditio difinitionis. qua absolute talibus utentes contemnuntur: uti cibo & potu delicato. Hiero. unde Greg. Qui a carnibus abstinere debent, nequaquam sumptuosiora marinarum belluarum conuiuia preparent. ridiculosa igitur uidetur abstinentia maxime pauperibus carnes nõ tangere: & pisces quærere cariores. unde Hier. sit tibi uilis & uespertinus cibus olera & legumina. interdum & pisciculos paucos pro summis delitiis ducas. Hiero.
¶ Vita solitariorum siue heremitarum conuenit solum perfectis: qui habent sensus in diuinis laudibus & aliis uirtutibus bene exercitatos: ceteri uero imperfectis est periculosa percipue nouiter conuersis.

Hieronymus.

¶ Cur inquit pgis ad heremũ? uidelicet ut te nõ uideã te nõ audiã ut tuo furore nõ mouear ñt tua bella nõ patiar. ne me capiat ocul9 meretricis. ne me forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Rñdebis. hoc nõ ẽ pugnare sed fugere. sta ĩ acie aduersariis armata obsiste: ut

eum uiceris coroneris. fateor imbecilitatem meam. nolo spe pugnare uictorię ne perdam aliquando uictoriã. si fugero gladium deuitabo. si stetero, aut uincendum ẽ mihi aut cadendum. quid necesse est certa dimittere: & incerta sectari? nulla securitas est uicinio serpente dormire. potest fieri ut me non mordeat: tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Hiero.

¶ Constat monachum in sua patria perfectum esse non posse. Hieronymus.

¶ Monasterium uestrum uobis sepulchrum eligite. ubi mortui cum Christo mundo & concupiscentiis eius, loli cum Christo ibidem maneatis sepulti quousq; resurgentes cum eo apparebitis in gloria eius. Hierony.

¶ Debilis est hostis qui non uincit nisi uolentẽ. Hiero.

¶ In uno quoq; lapsu a minimo semper icipitur: & sub crescentibus defectibus ad grauiora peruenitur. In cassum bonum agitur si ante terminum uite deseratur. qa & frustra currit: qui priusquam ad metas uenit, deficit. si quod uidetur bonum gerendum solicita intentiõe nõ crescit: etiam quod fuerat bene gestum decrescit. Greg. unde Aug. audio dicere superbis esse utile cedere in ali quod apertum manifestumq; peccatum: unde sibi displiceant: qui iam sibi placendo ceciderant: salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit: q̃ sibi placuit quando p̃sumpsit. uñ Hiero. multis argumẽtis insidiatur diabolus eis q renunciãt seculo. ut ei se iterũ amore substernant: grauius autẽ illos concupiscẽtiis seculi ferit: quos post renunciationem ad mundi amorem reduxerat.

¶In solitudine manere est a secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere: & in una intentione eternæ patrie amorem intime quietis anhelare. a tumultu rerum temporalium magnũ quendam secessum petierat quietã mentẽ inqua tãto uerius deum cerneret quantum hunc cum se solo solum inueniret. Greg.

¶In omnipotente deo tunc certa fiducia est: quãdo pro bono opere aduersorum aliquid in hoc mundo recipitur: ut plena merces in eterna retributiõe seruetur. Gre.

¶Malum est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum. ecce dico qui societatem communis uite iam susceptam: quę laudatur in apostolorum actibus deserit, a uoto suo cadit. Augu.

¶Miserere mei deus quoniam tribulor. conturbatus est in ira oculus meus. pau. xxx. unde Aug. si tribularis quare irasceris: irascitur iste peccatis alienis, quis nõ irascatur: uidens homines confitentes ore deum negantibus moribus. quis non irascatur: uidens homines seculo uerbis: & non factis renunciantes: quis est qui non irascatur: uidens frateres insidiantes fratribus: fidem nõ seruantes osculo quod infigunt in sacramentis dei: Augu.

¶Monachus si superbus est multum ei melius fuerat si uxorem duxisset. ego simpliciter dico & libera fronte hoc dico. quia quicunq; superbus est melius esset ei: & hoc ad comparationẽ mali dico, ut omnia alia uitia haberet & ex malis suis inclinaretur ad penitentiam & nõ omnes despiceret. Ideo superbia maius malum est quia accusationem non habet. Augustinus.

¶ Nemo in oratorio aliquid agat nisi ad quod factum est: unde & nomen accepit. Augu.

¶ Quis non illos miretur & predicet: q contemptis atq; desertis mundi huius illecebris in commune uitam sanctissimam & castissimam congregati simul etatẽ agunt uiuentes in orationibus: in lectionibus: in disputationibus: nulla superbia tumidi: nulla pertinacia turbulẽti: nulla inuidentia liuidi: sed modesti: uerecũdi: placati cõcordissimam uitam & intentissimam in deum gratissimum munus ipsi afferũt, a quo ista posse facere meruerunt. Augustinus.

¶ Displicebis.n.deo si placueris tibi. Aug. Idem. delectare itaq; in pulchritudine munditiæ: in rectitudine iustitię: in fortitudine patientie.

¶ Fac quod potes ut amplius possis: & quod scis serua ut amplius scias. Augu.

¶ Fratres teneamus unitatem. quoniam preter unitatem etiam qui facit miracula nihil est. Nã & magi pharaonis fecerunt miracula: & tamen reprobi. quia extra unitatẽ. Aug. Idẽ. frustra opem misericordie celestis expectes, si alienę fructibus uirtutis inuideas. frustra cordis oculum erigit ad uidendum deum: qui nondum idoneus est ad uidendum seipsum.

¶ Grandis uiolẽtia est in terra nasci: & celum capere & habere per uirtutẽ quod per naturã nõ possumus. Aug.

¶ Hec ẽ scola claustraliũ: qua de terra in celũ subleuãtur. s. lectio: meditatio: orõ: & cõtẽplatio. ẽ aũt lectio sedula scripturarũ cũ ai intẽtione inspectio. Meditatio est

studiosa mentis actio occultę ueritatis noticia ductu pro
prię rōnis inuestigans. Oratio est deuotio mētis in deū
pro malis admonēdis & bonis adipiscēdis. Cōtēplatio
ē mētis in deū suspēse quedā eleuatio eterne dulcedinis
degustās. lectio inquirit. meditatio inuenit. oratio postu
lat. contēplatio degustat: unde ipse dñs dicit. querite &
inuenietis. pulsate & aperietur uobis. querite legendo &
inuenietis meditando. pulsate orando & aperietur cōtē
plando. lectio quasi solidum cibum ori apponit. medita
tio masticat & frangit. oratio saporem acquirit. contem
platio est ipsa dulcedo que iucunda reficit. Augusti.
¶ Ad quācunq; professionem te cōuerteris, para te pa
ti fictos alioquin si te non paraueris, inuenies quod non
sperabas. & deficies aut perturbaberis. Augustinus.
¶ Breuis est molestia tua. eterna erit beatitudo tua. ad
modicum doles, sine fine gaudebis. Augustinus.
¶ Cū. n. in bōis studiis laudes dei anūciātur, petētibus
dat᷑: & q̄rētibus manifestat᷑: & pulsantibus apit᷑. Aug.
¶ Cum eternum aliquid per cognitionem & amorem
capimus, mente iam non in hoc mundo sumus: unde
apostolus dicit nostra conuersatio in celis est. Augu.
¶ Vigilias times: manuumque tuarum labores. Sed
leuia sunt hec meditanti flammas perpetuas. recorda-
tio tenebrarum facit nos horrere solitudinem. si futurā
de uerbis ociosis cogitas discussionem, non displicabit
silentium. fletus ille & stridor dentium ante oculos mē
tis sepe reducti pares tibi reddent terram & culcitram.
Augustinus.

¶Gloriamur in tribulationibus: non est nobis collucta tio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus princi pes & potestates: & rectorem mundi & tenebrarum ha rum. Pau.
¶Maledicimur & benedicimus. persecutionẽ patimur & sustinemus: blasphemamur & obsecramur. tamquã purgamenta huius mundi facti sumus omnium perip sima. Pau.
¶Gloria nostra hęc est testimonium conscientię nostræ Paulus.
¶Gratias inquit ago deo meo semper pro uobis in gra tia dei que data est uobis in xpo iesu. qa in oĩbus diuites facti estis in illo in omni uerbo & sapientia. Pau.
¶Habentes alimenta: & quibus tegamur, hiis conten ti simus: Pau.
¶Fructus boni operis est uirtus occulta recta intentio ne. Ambrosius.
¶O frater cellam ingredere si christum cernere queris cella quies mentis. fuga rixę. cura studentis. hic mens se cura manet. hic deuotio pura. pax in cella est. foris au tem nisi bella. si pacem quæris. rarius hinc egredieris. sta lege. stude uel meditare. sic erit ora breuis & tibi ui ta leuis. Bernardus.
¶Video de quo multum doleo. quia post spretam secu li pompam non nullos in schola humilitatis super biam addiscere. sub alis mitis humilisque magistri grauius insolescere. & impatientes. agis fieri in. CLAVSTRO quam fuissent in seculo. Plerique

in domo dei non patiuntur haberi contemptui: qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt. Bernar.

¶ Absq; perseuerantia nec qui pugnat uictoriam: nec palmam uictor consequitur. ipsa. n. est nutrix ad meritũ mediatrix ad premium. soror patientie: constantie filia: amica pacis. amicitiarum nodus. unitatis uinculum. sanctitatis propugnaculum. tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet: nec beneficium gratiam. nec laudem fortitudo. sola est. n. cui æternitas redditur: uel potius que eternitati hominem reddit. dicente domino qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit: Bernar. Bonũ silẽtiũ a iactãtia. bonũ a blasphemia bonũ a murmure & detractiõe: sileat a nobis lĩgua maledica. lĩgua blasphema lĩgua magniloqua quoniã bonum ẽ in hoc triplici silentio salutare domino prestolari. itaq; ab his taceas ne dederis silentium deo. loquere illi contra iactãtiam in confessione: ut obtineas ueniam de preterito. loquere in gratiarum actione contra murmurationem: ut consequaris gloriam in futuro. item. iuge silẽtium & ab omni strepitu secularium perpetua quies cogit celestia meditari hec. Bernar.

¶ Silentii amicus. appropinquat deo: & latenter colloquens a deo illuminatur. solicitus de exitu circũcidit sermonem: & luctum anime possidet: quasi ignem auertit multiloquium. Hæc Climachus: unde Bernardus. sancta anima sola esto ut solli illi serues te ipsam quem ex omnibus elegisti tibi. fuge publicum fuge domesticum. secede ab inimicis & intimis. nihil tibi & turbis ni

hil cum multitudine ceterorum. ipsum obliuiscere popu lum tuum & domus patris tui. & concupiscet rex deco rem tuum. secede ergo sed mente non corpore: sed inten tione: sed deuotione: sed spiritu. solus es si cum mundo non cogitas. si non affectas presentia. si despicias quod multi suspiciunt. si fastidias quod omnes desiderant. si iurgia deuitas. si damna nō sentias. si non recorderis in- iuriarū: cibus anime gratia dei. dulcissimus sane: & om- nem habens suauitatem & delectamentum saporis. nō modo delectat sed reficit & medetur. quatuor sūt signa que ostendunt penitētiam & gratiā dei. imprimis si cor in se est pacatum & quietum. quia in nulla re requiescit & impletur cor nisi in solo deo: q̄uis & cetera affici qui- dem possunt: implere autem non possunt. secūdū quā do mens & animus ad deuotionem inclinare se sentit: ter tium in penitentia gratiæ tunc plus solito facies homi- nis hilarescit & benignum se ostendit. quartum est fere idem uidelicet cum motibus exterioribus plus homo ē compositus atq; ordinatus Bernar.

¶ Conuersare simpliciter inter fratres deo deuotus: ma gistro subditus: senioribus obediens: in moribus obtē- perans angelis placens: uerbo utilis: humilis corde: mā suetus ad omnes. tu qui in congregatione es bene uiuis si uiuis ordinabiliter: socialiter proxio. humilr deo. Ber.

¶ Cura est solicitudinis adhibenda: ut ea que pro quie te religiosę conuersationis fuerint ordinata, nec dissimu latio negligere: nec quidem ualeat presumptio pertur- bare. Bernardus

¶ Imperforabilis est a sagitta inimici qui amat quietem qui autem miscetur multitudini, crebra recipiet uulnera: Bernardus.

¶ Monachus ille uere est qui deuotionem tenet in choro. patientiam in capitulo. disciplinam in labore. meditationem in lectione: feruorem in oratione. castitatē in tentatione. tolerantiam in aduersitate, humilitatem in prosperitate: Bernardus.

¶ Ordo noster abiectio est: humilitas: uoluntaria paupertas: obedientia: pax: gaudium in spiritu sancto: ordo noster est esse sub magistro sub abbate: sub regula: sub disciplina. ordo noster est studere silētio. exercere uigiliis: ieiuniis: orationibus: ope manuū: & sup oīa excellentiorē uiā tenere: q̄ etiā caritas porro ī oībus his ꝑficere de die in diē ī ipsis pseuerare usq; ad ultimū diē. Berñ.

¶ In congregatiōe positus uoluntates aliorum tuis uoluntatibus ante ponas: ut nō solum sine querela. sed etiam cū gratia maneas inter fratres portās oēs. orās pro oībus. ut & de quoq; dicatur, hic ē frater amator. Ber.

¶ Innumeros cernes īter fratres cōuersari simpliciter & sine querela: quos si fratribus præeē feceris, nō solū inutiliter: sed insipienter & nequiter agere uidebis. Bernar.

¶ Eos q uidētur substulisse crucē suā: & sequi xp̄m platam & spatiosam uiam uelle incedere, non ne tibi prodigiosum uidetur? Deniq; cū de monasteriis requirūt. de locis habitationē pcuntantur, ante oīa requirūt si reges sit ī loco: si abūdet oīa. Chri. uñ. Ber. q̄rit ad iduēdū nō q utilꝰ sed q subtilꝰ īuenit nō q repellat: frigꝰ: sed qd

superbie competat: non denique iuxta regulam quod utilius comparare potest; sed quod uenustius imo uanius poterit ostentare. Heu me miserum qualécunque monachum cur adhuc uiuo. tedet animã uidere ad hũc deuenisse ordinem nostrum sanctum.

¶ Monache quid quæris? matrem: aut christiana est aut non. aut sancta est aut peccatrix. si sancta est gaude quia seruit Domino. si peccatrix dimitte illam: quia mortua est. Criso. Idem: qui habet Iesum habet & patrem. habet matrem. habet filios. habet omnem propinquitatem. quid queris mortuos? sequere uiuum & dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Crisost.

¶ Incipe resistere desideriis tuis: & tunc intelliges quã fortia sunt desideria tuorum malorum: que te persecuntur. hec est pugna periculosa: & hec est gloriosa uictoria. qui potuerat odisse quod amat & amare quod odit.

Crisostomus.

¶ Abbas Anthonius dixit. Sicut pisces si tardauerint in sicco moriuntur: ita & monachi tardantes extra cellam aut cum uiris secularibus immorantes a quietis ꝓposito resoluuntur. Oportet igitur sicut piscem ad mare: ita & nos ad cellam recurrere: ne forte foris tardãtes obliuiscamur interioris custodiæ. qui sedit in solitudine & quiescit: a tribus bellis eripitur. i. auditus locutionis. & uisus. & contra unum tantummodo habet pugnam .i. cordis.

¶ Dicit enim per scripturam spiritus sanctus: quod uia ꝑueniendi ad gloriam & sublimitatem est per ignomi

niam et humilitatē: uia perueniendi ad coronā ē per ten tationem & pugnam: uia perueniēdi ad quietem & trā quillitatem est per labores & tribulationes. Bona.

¶ Fedum est.n. pro phanumq; mendacium sūmę pau pertatis uoluutarium professorem se asserere: & rerum penuriam pati nolle: interius diuitum instar affluere: & exterius more pauperum mendicare. Bona.

¶ Memores sint fratres quomodo olim monachi lan- guentes aqua frigida uix ad sufficientiam utebantur: in quo sine graui cordis gemitu non dico, magis reperiun tur uitiosi pauperes in seculo ad religionem uenientes. de quibus Hieronymus. mirum de infelici cōditiōe plu rimorum. sunt nonnulli uiles & abiecti in seculo: q quo tidianis laboribus se ultra uires affligentes, pro uictu captando uilissimi: & uix baccis: fabis & rapis cum or deaceo pane saturātur: cū Christi uero ad mensam acce dunt: & Christi militiam suscipiunt: suę egestatis obliti lauciora querunt: q̄ qui sunt assueti magnificis hec autē in Christi & apostolica uita non habeant. Bona.

¶ Votum religionis sine exercitatione perfectę uirtu- tis non perfectio sed peruersio. Bona.

¶ Qui querulus est, monachus nō est. q malitiā ī corde tenuerit, monachus nō ē. q iracūdus ē, monachus nō ē. qui elatus & uerbosus est, monachus nō est. q uere est monachus, semp est māsuetus. humilis. caritate plenus & timorē dei semp & ubiq; proculis hēt. hæc. Bōa. uñ. Io. abbas. Monachus est q solū quæ dei sunt: agit: cogi tat; & loqtur. Christus uinctus ī oī tpe: loco: & negocio

monachus est: qui uiolentia naturę indesinens & custo dia sensuum indeficiens. monachus est sanctificatū cor pus. expurgatum os & illuminata mens.

¶ Non enim fratres carissimi adheremum uenimus ut mundus nobis famuletur: ut rebus omnibus abundan ter omni quiete fruamur non utiq; ad requiem. non ad securitatem. sed ad pugnam hucuenimus. ad agonē hic processimus. ad exercitanda cum uitiis bella propera- mus. Cesarius.

¶ Monachus qui auctoritate sua aliquid facit manifestis sime morbo superbie detinetur: uelut autem quidam pe dagogus est infirmus habitus ipse religionis. ut etiā in uitos nos ab opere inhonesto & indecentiq; custodiat. Bassilius.

¶ Monachus es non nisi monachus saluaberis. si aliter uixeris q̃ monachus ueluti preuaricatorem federis mei, condemnabo te. Si uero usq; in finem mihi fidelis per- manseris, magnus in meo regno eris: & cum omnibus sanctis in eternum feliciter exultabis. Votum itaq; tuū considera o monache: & cura solicite adimplere quod promisisti. quia nisi regulariter in cenobio uixeris, cum impiis portionem habebis. Abbas tritemii.

¶ In choro sunt corpore: & in alio negocio mente. nunc intus maneo: nūc foris exeo. aliud cāto & aliud cogito psalmodie uerba profero: & psalmodie sensum nō attē do sed mēte uagus huc & illuc ꝓspiciēs q̃cūq; ibi gerū tur plustro & ꝓspicio: habitū monachi: nō cōuersatōem habēs: in magna corona: & ampla cocula. salua omnia.

mihi existimo. Hugo.
¶ Thronus eius flamma ignis. Daniel. vii. ibi origenes thronus dei sunt monachi & heremitę: & consimiles: q in uno loco degentes deo militare student: nec per loca discurrunt: inquorum quietis cordibus quiescit deus: q bene flamma nuncupatur: quia dilectione dei & proximi & desiderio celestis patrie inflammantur. Origenes.
¶ Qui uult cum deo esse, frequenter oret & legat. nam cum oramus, ipsi cũ deo loquimur. cum uero legimus, deus nobiscum loquitur. Isidorus.
¶ Quicunq; uero aliquid habet: quod abbatem suum latere desiderat, proprietatis uitium in pectore clausum portat. hæc Abbas tritemii.
¶ De natura boni operis est: q, ad ipsius multiplicatione, multiplicatur delectatio: quasi quoddam condimẽtũ cibi spiritualis est hilaritas bene operãtis. Origenes.
¶ Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta. xvi. q. i. sedeat itaq; solitarius & taceat: quia mundo mortuus est: deo autem uiuit: agnoscat nomen suũ. monos enim grece latine ẽ unus: achos grece. latine est tristis. unde dicitur monachus. i. unus tristis. sedeat ergo tristis & officio suo uacet. xvi. q. i. placuit.
¶ Monachus non officium docentis sed plangentis: qui uel se uel mundum lugeat. xvi. q. i. nec in populari frequentia esse debet.
¶ Qui uere pureq; solitariam eligunt uitam, digni sunt conuenienti honore. xvi. q. i.
¶ Mẽtitur q professionẽ suã opibus nõ ostẽdit. xxii. q. v.

¶ Desiderium suum dabitur iustis. prouerbiorum.

¶ Bene facere ex timore, non reputatur bene facere: sed pro non facere. xxiii. q. v.

¶ Vtrum peccet mortaliter qui non elegit meliorem: tenetur sub peccato mortali eligere melius bonum. ratio. quia eligendo minus bonum, contemnit bonũ ubi habet rationẽ perfecti. s. maius. & sic pręfert in sua electiõe defectũ boni ipi bono &c. i angelica. Electio colũna. iiii.

¶ Ille beatissimus & securus sui possessor est: qui crastinum diem sine solicitudine expectat. Sene.

¶ Hoc mihi promittit philosophia: q me parẽ deo reddit. uir speculatiuus est quasi deus in humano corpore hospitatus. Seneca.

MORS.



Ors quam tinent homines, est separatio animę a carne. mors autem quam non timent separatio est animę a deo. Augu.

¶ Mors malorum omnium remedium est. mors est porta glorie seruis dei. ipa est inchoatio beatę uitę. unde trãsitus sanctorũ natale eorum uocatur ab ecclesia. Augu.

¶ Mors christi interitum uitæ ueteris signat: & in resurrectione noua uita que a iustificatione incipit & in mortalitate perficitur. Augusti.

¶ Beatam uitam queris in regione mortis. Augu.

¶ Nec ignoro quam inertius eligatur diu uiuere sub timore tot mortium: quam semel moriendo nullam de inceps formidare. Augusti.

¶ Conditor noster diem mortis nostre nobis incognitum esse uoluit ut dum ignoratur semper nobis proximus esse credatur: Gregori.

¶ Horam ultimam dominus noster iccirco nobis uoluit esse in cognitam, ut semper possit esse suspecta. ut dum illam prouidere non possumus, ad illam sine inter missione preparemur. Greg. idem. esse nobis conditor noster diem mortis nostre incognitum uoluit. ut dũ semper ignoratur, semper esse proximus credatur. et quisq; sit feruentior in operatione quanto incertus est de uocatione. unde Sene. immemores non refert non dinumerã tur anni. incertum est quo te mors loco expectat. itaq; tu illam omni loco expecta.

¶ O mors dulcis & iucunda. nam certe es mors. que uitam uere largiris. quę fugas febres & uulnera. famē extinguis & sitim. o mors iustissima pia bonis: & aspera malis humilias superbum diuitem & potentem: & exaltas humilem per te pauperes satiantur. Hiero.

¶ Mors sanctorum pretiosa est. pretiosa plane. tanq̃ finis laboris tanq̃ uictorię consumatio. tanq̃ uitę ianua. perfecta securitas ingressus. & quidã sanctus dicit mors nihil aliud est q̃ exitus de carcere finis exilii. laboris consumatio. ad portum applicatio. peregrinationis finitio oneris grauissimi .i. corporis depositio. de furioso equo: de domo ruinosa liberatio omnium egritudinum terminatio. omnium periculorum euasio. omnium malorum consumptio. omnium uinculorum diruptio. reditus in patriam, ingressus in gloriam: Bernar.

¶ Intellige q̃ uenientem mortẽ nullus lętus & hilaris suscipit qui se ad ipsam dum uiueret bonis operibus preparauit. hęc Bernar. unde Sene. insipiens. i. peccator & criminosus moriendo mortem accipit: sed sapiens & uirtuosus moriendo mortem uincit.

¶ Bona est iusti mors propter requiem. melior propter nouitetem. optima propter securitatem. Bernar.

¶ Certum est q̃ morieris. incertũ uero qñ aut qũo aut ubi. quoniam ubiq; mors expectat. tu quoq; si sapiens fueris ubiq; eam expectabis. Bernar.

¶ Raro accidit ut in morte mereatur diuinam obtinere indulgentiam: qui dum sanus est & ualidus, deum offendere non formidat. Bonauen.

¶ Cogita q̃ improuisa mors ueniet sicut fur quãdo minime putabis: quando minime diposuisti cũ adhuc diutius uiuere sperabas & tamen adhuc multa agere cogitasti. pro ut experientia quotidiana te satis sufficiẽter docet: & docuit de pluribus tibi notis. Bonauen.

¶ In rebus humanis nihil certius morte: nihil incertius hora mortis. non miseretur inopię. non reueretur potentiam: non respicit morum excellentiam. non parcit iuuentuti: uel etati. senibus est in ianuis. iuuenibus in insidiis. Isidorus.

¶ Morieris. stultũ est timeri qđ uitare non possis. Sene. idem crudelius est q̃ mori semper timere mortẽ. Sene.

¶ Mori qui didicit non seruire didicit: supra omnem potentiam est. extra omnem metum: qui ad illum carcerẽ custodiam & claustra liberum ostium habet, una est ca

tena quę nos alligatos tenet amor uitę: Sene.

¶ Cum natura litigat qui mori graue ferr. Varro

¶ Mors omni ætati est communis: ac sperans adolescens diu se uicturum: quod sperare idem senex non potest, insipiēter sperat. quid enim est stultius quam incerta procertis habere: ac falsa pro ueris? Senex nequid speret habet quidem: at est meliore conditione quam adolescens. cum id quod sperat hic: ille asecutus est. uult diu uiuere. hic diu uixit quam quã o dii boni quid est in hominis uita diu. Tullius.

¶ Sapientissimus quisq; ęquissimo animo moritur: nec eum uixisse penitet: qui ita uixit: ut non frustra natũ existimet. & ex hac uita decedit tãq̃ ex hospicio non ex domo: comorandi enim diuersorium natura nobis dedit non habitandi. Tullius.

¶ Mortuo alexandro dixit quidam philosophus. quem totus mundus non capiebat, hodie parua continet arca

OBEDIENTIA



Bedientia quippe uictimis iure preponitur: quia per uictimas aliena caro: per obedientiã uoluntas propria mactatur. Grego.

¶ Obedientia sola uirtus est: quæ menti ceteras uirtutes inserit incertas q; custodit. Grego.

¶ Inobedienter non auditur: qui seipsum non audit. Augustinus. unde Gregorius. cum imperio docetur quod prius agitur quam dicitur: nam doctrinæ subtrahit quis fiduciam quando conscientia impedit linguam.

uita debet iuuare doctrinā: non impedire: unde Ambrosius. melius enim est ut non intelligant populi quam ut commendent grāmatici. doctor in doctrina sua tria debet attendere scilicet ut instruat placeat: & ad agendū moneat.

¶ Obedientia ut igitur sit deo acceptabilis, ideo debet esse prompta sine dilatione. deuota sine dedignatione. uoluntaria sine cōtradictione. simplex sine discussione. perseuerans sine cessatione: ordinata sine deuiatione. iucunda sine turbatione. strenuā sine pusillanimitate. uniuersalis sine exceptione qualiter nos audiuimus nostros superiores: taliter nostras exaudit deus orationes. Aug.

¶ Si ieiunaueris diebus ac noctibus: orationemq; feceris. si in sacco fueris uel cinere: si nihil aliud feceris: nisi quodcūq; pręceptum est in lege: & tibi uisus fueris quasi sapiens: & obediens patri non fueris, omnes uirtutes perdidisti. Vna obedientia plus ualet: quam omnes uirtutes. Ieiunium uel continentia: nisi diligenter attenderis: superbiam tibi facit superbia autem inimica ē deo: nihil sic habet odio deus sicut superbiam. Quicunque non obedit: non facit de sanctitate sed de superbia. Ideo enim non obedit: quia se meliorem putat illo cui non obedit. propter quod uenimus in monasterium, libertatem seculi perdidimus ut seruitutem Christi accipiamus. Augustinus.

¶ Superioribus obedientiam. timorem. obsequium. & uenerationem exhibere debemus. cum ęqualibus pacem & concordiam custodire inuicem obsequio. benefi

cio & honore preuenire. Hugo:
¶ Obedientia est uirtus: quæ omnia amplectitur iniuncta necessario implenda: nisi obstiterit imperantis auctoritas. Hugo.
¶ Obedientia uera tria uincula habere debet: uidelicet celeritatem iniussione: iucunditatem in labore: perseuerantia in operis executione: inobedientia deū offendit: angelos alienat: eiicit a communione sanctorum. uita eterna amittitur. gaudium facit demonibus. æternū meretur supplicium. Bernardus.
¶ Verus obediens non attendit quale sit quod præcipitur: sed tantum parat aures auditui, & manus operi.
Bernardus.
¶ Vir obediens loquitur uictorias. Prouer.
¶ Obedientia autem mera est: quantum preceptum ex se solo obligat: non ex aliqua causa alia: & tale dicitur preceptum disciplina. quia per ipsum discitur quanta sit uirtus obedientię quę suo merito ducit ad celum. suo autem demerito præcipitat in infernum.
Bonauentura.

OCIVM.


Cium tolle: & exerce uires, moue brachia: complexas explica manus. exercitare in aliquo: & statim senties sola te appetere quæ famem tollant: non quæ fauces demulceant: reddet quidem saporem exercitium: quod tollit inertia: multa que

respuis ociosus: post laborem sumes cum desiderio. si q
dem ocium parit fastidium : exercitium famem : fames
autem miro modo dulcia reddit : quæ fastidium faciũt.
olus. faba. pultes . panisq; cibarius cum aqua quiescen
ti quidem fastidio sunt: sed exercitato magnę uidentur
delitiæ. Bernardus.

¶ Pigritiam fugiamus: quia piger locum diabolo pręparat: & ociosus quasi puluinare est diaboli: in quo requiescat: pigri ad tribuendum curestis: quando hoc ꝙ iacentes in terra porrigitis sedentes in celo datis.

Bernardus.

¶ O domine deus meus quot tempora fluxerunt in quibus sine fructu ut aspicio uixi coram te? quomodo subsistam? quomodo ad te leuare potero faciem meam in illo magno & terribili examine : quando enumerari iusseris omnes dies meos: quęrens fructum in eis.

Bernardus.

¶ Ociosus sermo si enim apud districtum iudicem reprehenditur quãto magis noxius: pensa ergo quantum sit damnabilis qui a malitia non uacat: si ille sermo penalis est: qui uacat ab utilitatis bonitate . Grego.

¶ Ociosum quippe uerbum est: quod aut utilitate rectitudinis: aut ratione iuste necessitatis caret. Grego.

¶ Torpor & ignauia dicunt: si lectioni continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris. si idesinenter lachrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis : si protelarum uigiliis psalmorum incensum persoluis, insaniam capitis acquiris: si quotidiano labore te consi

cis, ad opus spirituale: quando consurges exercitiũ bonum respondet. quid tibi adhuc perferenda tam longa tempora preponis: nunquid scis si die crastina uiues an non? imo si etiam unam horam in hac uita facias. an forte de tua mente excidit q̄ saluator in euangelio dicit? uigilate quia nescitis diem neq; horam. qua propter discute temporum inertiam: semperq; memento quia regnũ celorum non tepidi: non molles: nõ desides: sed uiolenti uimq; facientes diripiunt. Augustinus.

¶ Semper aliquid bõi facito. ut te diabolus inueniat occupatum. Hieronymus.

¶ Quodcunq; potest manus tua facere instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec scientia: nec sapientia erunt apud inferos: quo tu properas. Prouer.

¶ Ocium sine litteris mors est: & hois uiui sepultura. Sen. Idem. ocium stultitiam: labor scientiam generat.

ORATIO



Rare ueraciter est in cõpũctõe amaros gemitus: & nõ cõposita uerba resonare. Greg.

Oĩpotẽs deus q̄d nobis ꝓfuturũ esse ualeat sciens: dissimulat exaudire dolẽtiũ uocẽ: ut augeat utilitatẽ: ut uita per penam purgetur: & quietis tranquillitas quę hic inueniri non ualet alibi quæratur. Grego.

¶ Vera postulatio nõ est in uocibus oris: sed in cogitatiõibus cordis. ualentiores uoces apud secretissimas aures dei nõ faciũt uerba nr̃a: sed desideria petitoria. Greg.

Oratio.

¶ Desideria nostra quia celeriter non fiunt exaudiũtur: & implere cum cito petimus, ex ipsa melius tarditate prosperatur. Grego.

¶ Differre solet pater pius uoces penitẽtium ad tempus desideria crescant: & eo magis exaudiuntur ad meritũ: quo citius non exaudiuntur ad uotum. sancta desideria ex dilatione crescunt. si autem ex dilatione deficiunt desideria non fuerunt. deus uero quamuis per pietatem est clementissimus: tamen aliquãdo contingit, ut hic quod libentissime tribuit, protrahat: ut discas magna multũ & ardenter desiderare: & adepta solicitius cum gratiarum actione conseruare. aliquando etiam beneficiũ protrabit ex postulantis inordinata dispositione. Greg.

¶ Ille ueram orationem dei exhibet: qui semetipsum qa puluis sit humiliter uidet qui nihil sibi uirtutis tribuit. q bona quæ agit esse de misericordia conditoris agnoscit.

Gregorius.

¶ In ipso orationis sacrificio ingerunt se importune cogitationes rapere uel uiolare cupiẽtes. sed manu sancte discretionis debemus custodire quod foris offerimus. ne maligni spiritus & peruerse cogitationes rapiant. Gre.

¶ Sicut uox sine modulatiõe quasi uox picarum: sic oratio sine deuotione quasi mugitus boum. quid prodest strepitus si mutũ est cor, deuotio est teneritudo cordis qua quis de facili in lachrimas resoluitur. Augu.

¶ Quantum cunq; perfectionis attingas, semper sentias & dicas Domine Deus meus Iesu Christe nihil uaco & male tibi seruio: Augusti.

¶ Petiturus a deo tuo pecuniam. nunquid non donat & sceleratis qui in illo non credunt. Augu.

¶ Multi sunt qui clauso ore exaudiũtur: & multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. Aug.

¶ Non itaq; simus in disputatione prompti: & in orationibus pigri. Augu.

¶ Oratio cordis est non labiorum. orationibus ut mundemur: lectionibus ut instruamur. Augu.

¶ Iustus enim nunquam desinit orare: nisi desinit iustus esse. Semper orat qui semper bene agit. ipsum enim desiderium bonum oratio est. & si continuum est desideriũ, continua est oratio. Augu.

¶ Ab oratione absit multa locutio: sed non desit multa precatio. si feruens perseuerat intentio. Nam multũ loqui in orando non est rem necessariam superfluis agere uerbis. multum autem precari est ad deum quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. nam plerumq; hoc negocium plus gemitibus quam sermonibus agitur. plus fletum quam affatum. talis enim oratio ponit lachrimas in conspectu dei. & gemitus noster non est absconditus ab eo. Augusti.

¶ Multũ ualet oratio cum lachrimis apud deum, quia hanc magis deus diligit & citius exaudit. unde angelus ad thobiam. quando orabas cum lachrimis ego obtuli orationem tuam ad deum. Glosa.

¶ Orationem tibi nocte surgenti non indigestio tibi ructum faciat sed inanitas. Hierony.

¶ Orauit iesus tertio eundem sermonem. Math. xxvi.

unde glosa.tria a nobis petenda.tribus uicibus inquit orauit.ut & nos a preteritis peccatis ueniam:& a presen tibus tutelã:& a futuris periculis cautelam oremus.
¶Tunc porro in toto corde clamamus ad deum. quã do aliunde non cogitamus: Augusti.
¶Qui conseruat legem multiplicat orationẽ. Prouer.
¶Orare magis in locis abditis conuenit fidei.ut scia- mus deum ubiq; esse presentem. & maiestatis sue ple- nitudine ubiq; penetrare possumus:etiam intelligere p ostium domus es corporis ut non clamosa uoce oremus deum:sed tacito corde ꝑpter tria.prio quia secretas ora tiones tuas nõ oportet alterum scire: nisi te & deũ.scdo quia clamose orans alterum iuxtate non permittas ora- re.cum summo etiam est orandum silentio ut quoq; ini micos nostros qui orantibus nobis maxime insidiatur: lateat nostre petitionis intentio. ciprianus.

PATIENTIA.


Acientia est equanimis malorum illatorum tollerantia:uera patientia aliena mala equani miter perpeti:etiam contra eũ qui irrogat ma la nullo animi moueri dolore. Gregori.
¶Patientia maiorẽ reputo signis & miraculis.nã natu ra nõ dat patientiã in aduersitatibus sed gratia. Grego.
¶Patientie uirtus nunq̃ in prosperis est.ille aũt est uere patiẽs qui rebus aduersis nõ atteritur: & tamẽ a spei sue rectitudine nõ curuatur. Gre.idem.in linguas detrahen tium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsa pereant ita ꝑ suam malitiam excitatas debemus equani

miter tolerare ut nobis meritum crescat: idem perfecte aduersarius uincitur quando mens nostra & inter tentamenta diaboli a delectatione atq; consensu oibus modis refrenatur. & inter contumelias proximi custoditur ab odio. & inter flagella dei custoditur a murmuratiōe: unde Chriso. non memoriā habeamus in eos qui nos ledunt. sed redarguamus eos & ploremus: ploratu. n. digni sunt non qui patiuntur: sed qui mala faciunt.

¶ Maioris meriti est aduersa patienter tolerare: q̄ bonis operibus in sudare. laborū precedentium recolamus & non erunt grauia que toleramus. Grego.

¶ Tanto ergo magis mali tolerandi sunt. quāto plures sunt. quia in aree tritura pauca sunt grana que in horreis seruantur: grandes accerui palearum que ignibus comburuntur. Grego.

¶ Patientia est custos & radix oīum uirtutū. quia sicut radix portat plātā cū grāis suis & fructu. ita patiētia portat oīa onera que sibi imponuntur. unde Augu. Patiētia est que ꝓsupbiā: & procaci mēte peccāti nō stati punit.

¶ Pacientia uincit aduersa non colluctando: sed sufferēdo: non murmurando sed gratias agendo. ipsa est que feces totius uoluptatis abstergit. ipsa est que limpidos animos deo reddit. Chrisosto.

¶ Qui patiens est exaltat iustitiam suam. Prouer.

¶ Doctrina uiri per patientiam noscitur. Prouer.

¶ Paciētia est honestatis: aut utilitatis causa. rerū arduarum ac difficiliū uoluntaria: ac diuturna ꝑpessio. Tulli.

PAVPERTAS

¶ Pauperibus cauendum est nedum per egestatem & necessitatem terrenum regnum pretereunt, per mentis etiam imprudentiam celorum regnum amittant. cum enim dei dispensationem paupertatem necessariam acceperit, in ipsorum arbitrio pendet utrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscunq; regna celi promittuntur: Sed iis tantummodo in quibus diuitiarum inopia animis committitur. prouidendo ergo pauperibus ut semetipsos quales sint intelligant: & quia rebus consequi quod cupiunt non ualent mentis tumore superbire desinant. Augustinus.

¶ Metuis inquit ne patrimonium tuum forte deficiat. si ex eo operari largiter ceperis: quando enim factũ est ut iusto possent deesse subsidia: cum scirptum sit non occidet deus fame animam iusti. Helias in solitudine ministrantibus coruis pascitur. Daniel in lacu ad leonum predam iussu regis incluso prandium diuinitus apponitur. & timemus ne operanti & deum timenti desit alimentum cum ipse in euangelio ad exprobrationem illorum quorum mens dubia est & fides parua contestetur & dicat. aspicite uolatilia celi quoniam non seminant neq; metunt nec colligunt in horrea: & pater uester celestis pascit illa. uolucres deus pascit. & quibus nullus diuine rei sensus inest eis nec cibus nec potus deest. tu christiane: tu dei serue. tu operibus bonis dedito tu domino suo charo aliquid existimas defuturum. an putas qui Christum pascit a Christo ipse non pascetur? aut eis terrena deerunt: quibus diuina & celestia tribuũ

tur: unde hęc incredula cogitatio. unde impia & sacrilega ista meditatio. Augusti.
¶ Egenus factus est cum pauper esset. Pau. ad corin. ii. capi. viii. unde Augu. non ait pauper factus est cum diues fuisset: sed cum diues eēt. paupertatem. n. assumpsit & diuitias non amisit. intus diues: foris pauper. latens deus in diuitiis. apparens in paupertate. per illius. n. paupertatem abiicimus pānos iniquitatis ut induamur stolam imortalitatis. omnes ergo diuites facti sunt in pauperem christum credentes: nemo ergo se contemnat. pauper in cella diues in conscientia securior dormiat in terra quam in purpura diues. non ergo expauescas cum tua mendicitate ad illum accedere. qui indutus nostra paupertate ubi se pauperauit nos ditauit. Augusti.
¶ Pauper cum reprehensibilis cernitur: moneri debet et despici non debet. si uero reprehensionis nil habet, uenerari summopere: sicut intercessor debet. Cum deest terrena substantia de qua eterno iudici rationem ponemus, liberius ad patriam pergimus. quia quasi in uia pondere caremus. Grego. unde. Augu. magne felicitatis est conditio christianorum: quibus claritudo regni ī paupertate posita est. possidere: quod cum labore acqritur, paucorum est. contemnere quod cum fructu cōtemnas omnium est. felicitas ergo magna christianorū. quibus datum est ut paupertas faciat precium regni celorum. non tibi displiceat paupertas tua. nihil. n. ea potest ditius inueniri. uis scire quam locuplex sit. paupertas celum tenuit. unde Bernar. uolo te eē amicum pauperum

magis autem imitatorem. ille gradus perficientium: hic perfectorũ.
¶ Ille enim pauper est qui eget quod non habet. nam & qui non habet: & habere non appetit diues est. paupertas quippe in inopia mẽtis est: non in quantitate possessionis. nam cui cum paupertate bene conuenit: non est pauper. Gregori.
¶ Mala lazari purgauit ignis inopie: & bona diuitis remunerauit felicitas uitę transeuntis. illum paupertas afflixit & tersit: istum abundantia remunerauit & repulit. quicunq; ergo in hac uita bene habetis, cum uos bona egisse recolitis, ualde de eis pertimescite: ne concessa uobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum. & cum quoslibet pauperes non mala reprehensibilia perpetrare conspicitis, nolite despicere: nolite desperare. qꝛ fortassis quod superfluitas tenuissimę prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. Grego.
¶ Nemo apostolis pauperior fuit: & nemo tantum pro domio dereliquit. uidua illa in euãgelio paupercula quę duo minuta misit in gazofilacium, cunctis prefertur diuitibus quia totum quod habuit dedit. Hiero.
¶ Alii edificent ecclesias: uestiant parietes marmorum crustis: columnarum moles aduebant earumq; de aurent: capita: gẽmis aurata distinguãt altaria, nõ reprehẽdo: non abnuo: sed tibi aliud propositum est christum uestire in pauperibus: uisitare in languentibus: pascere in esurientibus: suscipere in his qui tecto indigent: & maxime in domesticis fidei. Hiero.

¶ Christianus in pauperie constitutus? quam cum diui tiis magis irradiat. quomodo? qa excludit a se superbie tipum. non erit arrogās sed patiens obtemperans pudicus. mitis. & sapiens. Qui uero in diuitiis cōstitutus est multum illum ad bona prepediunt. inspiciamus ergo quæ sunt quę diues operatur. Rapit aliena. estuat cupiditate. nefandos nō desinit pertractare concubitus. malificia cuncta committit. Nō ne uniuersa hec ex diuitiis conspicis generari? intueris quomodo in pauperie magis quam in diuitiis uirtutes facilius possidemus. nec mihi dicas quia in hac uita diuites nullā uindictam suscipiunt. Nam cum omnibus malis suis etiam hoc malum habent diuitiæ. quia malignitate peccantes ab ultionibus tuentur. & qui diuitias possidet, semper peccās nulla pena reuocatur: sed sine ullis remediis munera suscipit peccatorum: & frenum illi nullus imponit.

Chrisosto.

¶ Abiciamus quæcunq; corpus florere faciunt: uiciant autem animam: ut pote sunt diuitię: gloria. cuncta hec carnis sunt & amor corporis. itaq; non amemus amplio ra: sed paupertatem semper consectemur. ista enim magnum bonum est. Chrisosto.

¶ Descendamus inquit ad paupertatem caminum: uideamus qui ambulant in eo: & elatorum colla conculcāt: uideamus miraculum & paradoxum hominem in camino psallentē: in igne gratias agētem: paupertati ultime alligatum: & multā ferentē deo laudationē. etenim pueris illis tribus siles sunt: q pauptatē cū gratiarū actiōe fe

runt:& igne terribilium paupertas consueuit incendere sed puerosillos nequaquã incendit,ita & nunc si in paupertate gratias egeris, uincula disoluuntur : & flamma extinguitur: & si non extincta fuerit quod multo mirabilius est, pro flamma ros oritur:quod in philosophantibus est uidere. quoniam in paupertate diuitibus copiosius disponuntur. et in medio camino rore puro potiuntur. etenim maximus est ros non detineri concupiscentia diuitiarum.& illi tunc cõtemnentes regem facti sunt rege clariores: & tu utiq; si despexeris mundana negocia, omni mundo eris honorabilior secundum sanctos illos:quibus dignus non erat mundus. ut igitur dignus celo efficiaris, deride presentia: ita enim & hec clarior: & futuris potieris bonis. Chriso.

¶ Non ergo negligas iacentes quasi nullo sint digni.cogita quid sint & preciositatem eorum inuenies . saluatoris induerunt imaginem futurorum bonorum heredes regni clauigeri accusatores & excusatores idonei non loquentes:sed inspecti a iudice. Anselmus.

¶ Pauper ita fuit christus:ut ueniens in mundum nõ in sua sed in aliena domo nasceretur: & natus propter inopiam loci in presepio brutorum animalium poneretur & uiuens in mundo non haberet ubi caput suum reclinaret: nec moriens ubi meditatem suum tegeret: nec mortuus unde in uolueretur:nec sepulcrum ubi corpus mortuum locaretur. hæc anselmus.

¶ Paupertas leta honesta res est,illa uero non est paupertas si leta non est. epicurus.

¶ Nō qui parū habet: sed qui plus cupit paup est. Sene.
¶ Quis non est pauper? nisi qui nihil cupit. hii qui ditissimi uidentur eo ceteris pauperiores sunt quo pluribus egent. Petrarcha.

PAX.



Ax est serenitas mentis: tranquillitas animi: simplicitas cordis: amoris uinculum: consortium caritatis, nec poterit ad hæreditatem domini peruenire: qui testamentum pacis noluit obseruare: nec pōt concordiam habere cum christo: qui discors uoluerit esse cum christiano. Augu.
¶ Pax autem cum pro terrena re a corde proximi scinditur, apparet q̧ plus res q̄ proximus amatur. Augu.
¶ Quisquis patri heres desiderat filius existere, pacem custodiendo non tenuat: nam qui locum prebet discordie ipse profecto tanti se muneris exsortē esse constituit: Gregorius.
¶ Pacem cum hominibus habeas: bellum cum uitiis. Seneca.

PECCATVM.



Eccatum est absentia boni ubi debet esse. Peccatum non est appetitio naturarum: sed desertio meliorum. Peccatum est corruptio modi: speciei: & ordinis. Item peccatum est appetere que christus contempsit. uel cōtemnere quæ christus appetiit. item peccatum est male uti bono. Peccatum est pœnę ęternę meritum. hec Augu.
¶ O quam tolerabilius canis putridus fetet hominibus

quam anima peccatrix deo. magis infelix ista deo: quã ille hominibus. anima peccatrix arbor in fructuosa es. ubi sunt fructus tui? talis autem arbor digna est securi et igni succidi & incẽdi. qui sunt fructus tui? utiq; spinę pũgentes & amara peccata. quę utinam sic te penitendo pungerent, ut confoderent: sic amarescerent ut euanescerent. forsitã parum quid putas aliquod peccatũ. Augu.

¶ Potius debet quis omnia mala pati quã peccato consentire. Augusti.

¶ Qui multos offendit peccando, multos oportet placare satisfaciendo. de quotidianis leuibus q; peccatis: sine quibus hec uita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Augu. unde Isido. quamuis per penitentiã propitiatio peccatorũ sit: sine metu tamen hoc esse non debet. quia penitentię satisfactio diuino tantum pensatur iuditio non humano.

¶ Qui minima negligit paulatĩ decidit in maiora. Aug.

¶ Qui diuini bñficii oblitus suas uult uendicare iniurias non solum de futuris peccatis ueniam non merebitur: sed etiam preterita que sibi dimissa credebat ad uindictam replicabuntur. Augusti.

¶ Sicut enim febris infirmitas est corporis: ita peccatũ est infirmitas & uulnus animę. sicut lepra maculat corpus & deformat: sic peccatum maculat animam & aufert ab ea omnem pulcritudinem & formam. Augu.

¶ Peccatum est dictum uel factum uel concupitum q; sit contra legem dñi. Augusti.

¶ Peccare quid aliud est: nisi in ueritate preceptis: uel in

ipsa ueritate errare Augu. idem: peccatum est.n.uolun
tas retinendi uel consequendi quod iustitia uetat. unde
Ambro.peccatum quid est nisi legis diuinę preuarica-
tio: & celestium inobedientia preceptorum?
¶ Non intuetur deus quantum quisq; mali ualeat facere
sed quantum uelit. sed cum deest potestas male faciēdi
foris: apud se tamen tirannus est cui iniquitas domina-
tur intus. Augusti.
¶ Oculis egris odiosa est lux: quæ puris amabilis. Aug.
Idem.palato sano suauis est panis.palato uero infirmo
insipidus & penalis est.
¶ Peccatum in spiritumsanctum fit duobus modis.s.per
obstinationem uel desperationē.obstinatio est indura-
tę in malitia mētis pertinacia: per quā fit homo in peni
tens.& hec impenitentia est Blasphemia in spiritūsan-
ctum.desperatio est qua quis penitus diffidit de dei bo
nitate: & utrūq; dicitur peccatū in spiritūsanctū. Augu.
unde Ambrosius.uere in spiritumsanctum delinquunt
qui suā malitiā dei bonitatē excedere putāt.quasi inui-
tus i reos uindicat dñs q in uitā nō in mortē a principio
constituit hoies.ista ipenitentia uel cor impenitēs q̄ diu
qsq; in hac uita carne uiuit non pōt iudicare.de nullo.n.
desperandū est q̄diu patiētia dei ad penitentiā adducit.
¶ Vir prudens & disciplinatus non murmurat. Prouer.
¶ Lubrica spes est quę inter fomēta peccatorū se salua
ri sperat incerta uictoria inter hostilia arma pugnare.et
impossibilis liberatio flāmis circundari nec ardere. Au.
idē.altissimus odio hēt peccatores: sed nisi rō ne peccati

¶ Quatuor modis peccatum perpetratur in corde: qua tuor consumatur in opere. In corde suggestione: delecta tione: consensu: & defensionis audacia. Suggestio fit per aduersarium. delectatio fit per carnem. cõsensus per spi ritum. defensionis audacia per elationẽ. culpa enim que terrere mentem debuit extollit. Vnde & serpẽtis suasu Eua delectata est. Adam consensit: qui etiam requisitus culpam confiteri per audaciam noluit. sic quotidie ho stis occultus suggerit. Eua. i. carnalis sensus delectatio ni se substernit. Adam mulieri prępositus cõsensit. quia spiritus. i. ratio a rectitudine infirmatus inclinatur. Adã requisitus confiteri culpam noluit. quia spiritus peccan do a ueritate disiunctus: eo ipso in ruinę suę audaciã ne quius declinat. Adam per timorem seipsum abscõsurus suggerat: sed tamen timens tumebat. cum enim ex pec cato pena metuitur & amissa dei facies non amatur, ti mor extumore est non ex humilitate. superbit enim qui peccatum si liceat impune nõ deserit. Iisdem etiam qua tuor modis peccatum consumatur in opere. prius latẽs culpa agitur. post etiam sine confusione aperitur. de hic in consuetudinem ducitur. ad extremum fallę spei sedu ctione uel obstinatione miserę desperationis nutritur.

Gregorius.

¶ Peccatum. n. difficile mundatur: quod lingua prauo rum nutritur. Grego.

Peccatum non est quãdo nolentes imaginibus noctur nis illudimur: sed tunc est peccatũ: si ante q̃ illudamur cogitationibus & affectibus preuenimur. Gregorius.

¶ Lata est uia que ducit ad perditionem. multi sunt qui ingrediuntur per eam. & arcta est quę ducit ad uitam & pauci sunt qui inueniunt eam. Gregorius.
¶ Malum est peccare. peius est perseuerare. sed pernitiosius est d. fendēdo se in deo culpam refundere. glosa. unde Grego. sunt multi qui prauitatem suam ex alienis prauitatibus tuentur. quia enim alios talia fecisse considerant, se hoc facere licenter putant. Grego.
¶ Per quendam sapientem dicitur. ue peccatori terram ingredienti duabus uiis. peccator quippe terram ingreditur: quando & dei est quod opere exhibet: & mundi quod per cogitationem querit. Gregorius.
¶ Sunt plerunq; negocia que sine peccato exhibere: aut uix: aut nullatenus possunt: que ergo ad peccatum implicant adhec necesse est ut post conuersionem animus non recurrat. Gregorius.
¶ Vsitata culpa obligat mentem: ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. conatur enī & labitur: quia ubi diu sponte perstitit, ibi etiam cum noluerit coacta cadit. Greg. Idem. frontem cordis impudētiā atterit culpa frequens: ut quo crebrius comittetur, eo de illa committētis animus minus uerecundetur. Idem. si praue rei aditus antequam diu patescat non clauditur, usu fit latior: & erit consuetudine licitum. quod ratione & lege constat esse prohibitum: unde Seneca. mali mala sua ꝙ malorum est ultimum amant: tunc autem consumata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant sed etiam placent & desinit esse remedio locus: ubi quę fuerunt

uitia mores fiunt.
¶ Peccatum quippe quod per penitentiam citius non deletur: aut peccatum est & causa peccati: aut peccatũ & pœna peccati: aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Greg. Idem. peccatum q̃ penitentia non diluit ipso suo pondere mox ad aliud trahit. tribus modis peccatum admittitur. s. ignorantia sed multo grauius infirmitate & studio. & grauius quidem infirmitate q̃ ignorantia. sed multo grauius studio q̃ infirmitate peccatur unde ait. Nullum peccatum adeo paruum quod nõ crescat neglectum: non enim considerandum est quid fecerit: sed quid offenderit. q̃ bonus est q̃ benignius q̃ pius. Idem. qui peccat & gratiam suam recuperare nõ amat. & nunquam curat ab eo diligi: qui totus est amor & caritas. nec ad illud tendit unde sumpsit arram, in spiritũ peccat: & post mortem sicut nec uiuens consequetur ueniam. unde Ambrosius. maioris est culpę manifeste q̃ occulte peccare. Dupliciter. n. reus est qui aperte delinquit: quia & agit malum & docet malum facere. unde Isaias. peccatum suum quasi sodoma predicauerunt.
¶ Si habueris peccata tua in mente continua, nunq̃ malum aduersus proximũ in corde tuo tenebis. Ambro.
¶ Peccata præterita non nocent: quando non placent. Hieronymus.
¶ Deus ẽ enim peccati imemor: uirtutis remunerator.
¶ Peccatum paganitatis incurrit: quisquis sedi apostolicæ obedire contemnit: in decreto.
¶ Si enim uix ualet peccata animus deuitare quietus:

quanto magis occupatione mundana detentus. Isid.
¶ Peccata quę incipiētibus leuia sunt perfectis uiris gra uia reputantur. tanto enim maius cognoscitur esse peccatum: quanto maior qui peccat habetur: crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorū: & sępe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur. Isid. unde Iuuenalis. omne animi uitium tanto conspectius in se crimen habet: quanto qui peccat maior haberur.
¶ Si hinc peccati pudorem: & illinc cernerem inferni horrorem: & necessario uni eorum haberem in mergi, prius me in inferno immergerem: q̄ peccatum in me im mitterem: mallem enim purus a peccato & innocēs ge hennam intrare: q̄ sorde pollutus celorum regna tenere cum constet solos malos in inferno torqueri: & solos bo nos in celesti beatitudine foueri. Anselmus.
¶ Terreat te tinor iudicii: terribilis metus gehennę: la quei mortis: dolores inferni: uermis mordens: sulphur fetens: flamma tartarea: & tandem omnia mala, ut cla mes in eternum non peccabo. Hugo.
¶ Caue neqs parua reputet quātūlibet parua sciēter cō missa: nemo dicat i corde suo leuia sūt: nō curo corrigeř. nō ē magnū si in his maneā: uēialibus minimisq; pecca tis. hec ē impenitētia dilectissimi: hec blasphemia in spi ritū sanctū. Blasphemia aūt in remissibilis est. Bernar. Curatū āt peccatū uēiale p actus i qbus ē aliqua humi liatio & deuotio: q qdē actus grā iformati repugnāt ue niali & sic ad actū curatiōis & delectiōis uenialiū grām gratū faciētē coadiuuāt & uigorāt: huiusmodi remedia

his uersibus continentur. confiteor. tundo. respergo. conteror. oro. signo. edo. dono: p que uenalia pono. unctio pena leuis compassio quę fit egenis. hec enim remedia sunt. generalis confessio. pectoris tunsio. aque benedicte aspersio cordis contritio. dominica oratio. signatio ab episcopo. Eucharistiæ sūptio. offensæ cōdonatio. extrema unctio. leuis penitentia. compassio fraterna.

Bonauentura.

¶ Nam memorare malum & intelligere malum non est culpa: sed uelle malum culpa est. Bona. idem. nā nullus peccat nisi in eo a quo potest libere abstinere.

¶ Qui enim utitur uerbis falsis, ueritati dei resistit: & blasphemare dicitur: & ueritatem agnitā impugnare. ergo. peccat in spiritum sanctum, Bona.

¶ Quam diu uersamur in seculi rebus: & anima possessionum & reddituum procuratione deuincta est, de deo libere cogitare non possumus. qui tangit picem inquinabitur ab ea. Bonauen. unde glosa. deceptus solicitudine temporalium subsidiorum quātumlibet eximius doctor difficile uitat peccatum.

¶ Imperfectio est citra possibilitatem humane conditionis non conformari christo. nam discordare a christi mandatis semper est peccatum mortale. Bona.

¶ Attende quid facit deus. si memor sis peccati tui, ille non est memor. si oblitus fueris, deus eius memorabitur Rodulfus.

¶ Nemo esse sine delicto potest: quam diu indumento carnis oneratus est, cuius infirmitas triplici modo subia

cet duo.s.factis.dictis.& cogitationibus. Lactantius.
¶Initium salutis est cognitio peccati:nemo se auarum intelligit nemo cupidum.Ideo ad sanitatem difficulter peruenimus quia nos egrotare nescimus. Seneca.

PENA SIVE PVNITIO.



Ena quippe interrogat . si quietus quis uera citer amat.Grego.Idem. pena aperit oculos quos culpa claudit.
¶Qui ergo in uitio ligantur sponte:tunc in supplicio ligabuntur inuite.& ligabit ibi pena quas hic a bonis operibus ligauit culpa.& ibi sustinebit qui hic bene uiuere contempsit. Grego.
¶Quod quisque melius sapit, eo deterius delinquit.& idcirco inexcusabiliter meretur supplicium:quia prudēter si uoluisset potuit uitare peccatum. Grego.
¶Culpa est malum quod facimus.& pena malum q̄p patimur.item malum culpe affectio uolūtaria: malum uero pene est affectio inuoluntaria.Augusti.idem . Dolor est dissensus ab hiis rebus:quę nobis nolentibus accidunt. Augusti.
¶Illa est peccati pena iustissima:ut amittat unusquisq; quod bene uti noluit . cum sine ulla posset difficultate si uellet.i.qui sciens recta non facit, ammittat scire quod rectum sit: & qui recte facere cum posset, noluit, amittat posse cum uelit. Augusti.
¶Quis quis timet illum ignem qui paratus est diabo

lo & angelis eius, det operam triumphare de illo in semetipso. eos enim qui foris nos oppugnant, intus uincimus uincendo concupiscentias: per quas nobis dominantur. & qui fuerint sui similes secum ad penas trahūt Augu. idem. nam gaudet & piscis quando hamum nō uidens escam deuorat: sed cum piscator eum adducere ceperit, uiscera eius torquentur primo: deinde ab omni lætitia sua per ipsam escam: de qua letatus est, ad consumptionem trahitur: sic sunt omnes qui de bonis temporalibus beatos se esse putant. hamum enim acceperunt & cum illo sibi uagantur. ueniet tempus ut sentiāt quanta tormenta cum auiditate deuorauerint. Augu.

¶ Qui ergo offendit deum qui est infinitum bonum, merito penam incurrit infinitam propter contemptum maiestatis diuinæ: & infinitati culpæ respondet infinitas penæ in damnatione. unde pena damnatorum est infinita. Bonauen.

¶ Nemini ergo debet mirum uideri, si pro nostris sepe delictis castigamur. imo uero cum uexamur ac premimur, tunc maxime gratias agere debemus indulgentissimo patri: q corruptelam nostram non patitur longius procedere: sed plagis ac uerberibus emendat. ex quo intelligimus nos deo eē curæ: quoniam cum peccamus irascitur. Lactantius.

PENITENTIA


Enitentiā quippe agere est: & perpetrata mala plangere: & plangendo non perpretare. nā qui sic alia deplorat ut tamen alia comittat,

adhuc penitentiam agere ignorat aut dissimulat.

Gregorius.

¶Penitentias falsas dicimus: quę non secundum auctores sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. idē q miles: uel negociator: uel alicui officio deditus q sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad penitentiam uenerit: uel qui bona alterius iniuste detinet uel qui odium in corde gerit, recognoscat se ueram penitentiam non posse peragere: nisi negocium relinquat: uel officium deserat: & odium ex corde dimittat: & bona que iniuste abstulit, restituat. nectamen desperet interim. quicquid boni facere potest, hortamur ut faciat. ut deus cor illius illustret ad penitentiam.

Gregorius.

¶Penitentia perfecta est preterita deflere: & futura non admittere. Gregorius. idem. penitentia hec uera est cessare a peccato.

¶Peccator omnis in penitentia duplicem gemitum habere debet. nimirum: quia bonum quod oportuit non fecit: & malum quod non oportuit fecit. Gregori.

¶Quod enim ad penitendum tempus accipitur: & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratie uertit in augumentum culpe. Gregori.

¶Tunc. n. ianua regni lugentibus claudetur: quę nunc omni die penitentibus aperitur, erit namq; & tūc penitentia sed fructuosa non erit. quia nequaquam tunc ueniam inuenit: qui nunc tempus ueniæ aptum perdidit, Iustitia enim dei aliud iudicare non potest: nisi

quod merentur opera nostra. illum itaq; diē fratres caris simi: illum ante oculos ponite: & quicquid modo graue cernitur, in eius comparatione leuigatur. & illic cecitas patitur tenebras ultionis: qui hic liberaliter sustinet tenebras uoluptatis.

¶ Vnde inquit caro ad tempus suauiter uiuit: inde christus in eternum torquebitur & ingemiscet: & econtra. quo plus caro premitur, eo plus de spe celesti animus letatur. Gregori.

¶ Quotiens bene agimus gaudent angeli & tristantur demones. quotiens a bono deuiamus diabolum letificamus: & angelos suo gaudio defraudamus. gaudium est enim super uno peccatore penitentiam agente. sed diabolo super uno iusto penitentiam deserente. Augu.

¶ Si quis positus in ultima necessitate uoluerit accipere penitentiam: & accipit & mox reconciliatur: & hinc uadit, fateor uobis non illi negamus quod petit: sed non presumimusq; bene hinc exit. si securus hinc exierit ego nescio. penitentiam dare possumus securitatem uero nō Nō dico damnabitur: sed nec dico liberabitur. uis ergo a dubio liberari, age penitentiam dum sanus es. si sic agis dico tibi quia securus es: quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. si uis agere penitentiam: quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt: non tu illa. Augusti.

¶ Penitentię satisfactio est causas peccatorum excidere nec earum sugestionibus aditum indulgere. Aug.

¶ Nō sufficit mores in melius commutare & a malis ab

stinere nisi de his que facta sunt satisfiat domino per pe
nitentie dolorem per humilitatis gemitum per contriti
cordis sacrificium cooperante elemosina. Augusti.
❡Lauamini mundi estote. esaya. lauatur & mundus ē
qui preterita plangit & iterum non comittit. lauatur &
non est mundus q plangit que gessit. nec deserit. & post
lachrimas ea que defleuerat repetit. Grego. unde. Aug.
inanis ē penitētia quā sequēs culpa coinquinat. nihil ꝓ
sunt lamenta si replicantur peccata. nihil ualet ueniam
malis poscere & mala denuo iterare. unde Grego. qui
cōmissa plāgit nec tamē deserit pene grauiori se subiicit
❡Penitere est ante acta deflere & flenda non comitte-
re. Gregorius. unde Isidorus. irrisor est & non penitens.
qui adhuc agit q penitet.
❡Penitentia languores sanat. leprosos curat. mortuos
suscitat sanitatem auget & conseruat. claudis gressum
aridis copiam. cecis restituit uisum. Vitia fugat: uirtu-
tes exornat. mentem nutrit & roborat. Gregorius. unde
Isidorus. penitentia est medicamentum uulneris. spes sa
lutis per quam peccatores saluantur. per quam deus ad
misericordiam prouocatur que non tempore pensantur
sed profunditate luctus & lachrimarum. unde Gregori
us. illum quem conspicis delicta fletu delere in conspe-
ctu diuinitatis, non dubites misericordiam consequi qa
nullum peccatorem uersum ad se despicit qui peccato-
res redimere uenit. idem. quo uberius culpa defletur eo
altior cognitio ueritatis attingit. qa ad uidēdū internū
lumē polluta dudū cōsciētia lacrimis batizata renouat

¶ Dulciores sunt in hac uita lachryme penitentiũ: q̃ sint omnes diuitie diuitum. quid queso futurum est in celesti patria in qua non lachryme: sed radii pleni dulcedine apparebunt. Hieronymus.

¶ Sicut post uehementes imbres: mundus: ac aer: purus efficitur. Ita & post lachrymarum pluuias serenitas mẽtis sequitur atq; tranquillitas. Crisost.

¶ Sanitas conseruatur per bona cibaria & suauia: sed nõ recuperatur nisi per potiones amaras. Bonauentura.

¶ Seruitus nimis ignominiosa & turpis est peccare. nã qui facit peccatum, seruus est peccati. ut dicit apostolus deo uero subiici & eius iussis obtemperare: summa est libertas. & iam cum Christo in spiritu conregnate: unde Pau. liberati a peccato serui facti estis iusticie &c. uiri ergo serui sunt in quorum mentibus per maliciam regnat diabolus: sed uere liberi sunt quorũ corda per gratiam inhabitat deus. Bonauentura.

¶ Penitentia est uirtus: qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus & odimus: & plangendo ulterius committere nolumus. quia penitentia uera ẽ in animo dolere & odire uicia. Hec magister.

¶ Penitentia est uindicta semper puniens in se: quod dolet commisisse: in perfectione autem penitentie tria obseruanda sunt scilicet compunctio cordis: confessio oris: satisfacio operis: unde Io. os aureum. perfecta penitẽtia cogit peccatorem omnia libere ferre. in corde eius contritio: in ore confessio. in opere tota humilitas. & ẽ fructifera penitentia: ut sicut tribus modis deum offendi-

mus.s.corde.ore.& ope: ita tribus modis satisfaciamus.
Magister.
¶ Penitere ē penam tenere: ut semper pūiat in se ulciscē do quod commisit peccando. Magister. unde Isaia. irr·sor ē & non penitens: qui adhuc agit quod penitet.
¶ Penitentes aut inscii litterarum: aut aliqua membro-rum damna perpessi ad sacros ordines aspirare non au-deant.lv.di.

PERFECTIO SIVE PERFECTVS.


Erfecti uiri indesinenter breuitatem presentis uitæ respiciunt: quasi quottidie morientes ui uunt: & tanto solicitius ad uentura se prepa-rant: quanto nulla esse transitoria semp ex fine pensant.
Gregorius.
¶ Viri perfecti sicut peruersos proximos non debent fugere: quia & eos sepe ad rectitudinem trahunt: & ip si ad peruersitatem nunquam trahuntur: sicq; infirmi quiq; societatem debent declinare malorum: ne mala quę frequenter aspiciunt: & corrigere non ualent dele-ctentur imitari. Gregorius.
¶ Piorum conscientie grande sibi conferri primum cre-dunt: cum de quibusdam modo suis illicitis actionibus arguuntur: proponunt enim ante oculos cordis distri-ctum Dei iudicium: tanto uerius tunc super eos mitiga bitur: quāto nunc acrius homine arguente peruenitur.
Gregorius.

¶ Magna est perfectio suę imperfectiōis cognitio. Grego. idem. tāto quisq; perfectus est: quanto perfecte sentit dolores alienos.

¶ Aduersitas non mala uiro iusto, cum sit materia corone. Greg. idem. bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est.

¶ Falsum autem dicere non inuenitur concessum esse pfectis. Augusti.

¶ Bonum esse cum bonis neq;.n. laudabile est: sed bonum cum malis laudabile est. Augu.

¶ Nam sicut prosperitas malorum ulcera sunt animarum: sic aduersitates iustorum eternorum sunt premia gaudiorum. melius est itaq; nobis per paucas angustias ad eternam beatitudinem peruenire: quam per breuē letitiam ad inferni profunda descendere. Augu.

¶ Nullus autem perfectus aliquo eget: & quod uidetur corpori necessarium, sumat si affuerit. si non affuerit nō eum istarum rerum franget inopia. omnis namq; sapiēs fortis est. nullus autem fortis aliquid metuit. non igitur metuit sapiens mortem corporis aut dolores quibus pellendis uel uitandis uel differendis sunt necessaria illa, quorum eis potest contingere inopia. sed tamen non desinit bene uti si ipsa non desunt. etenim & illa comici sententia non minus uera est quoniam non potest id fieri quod uis id uelis quod possis.

Augustinus.

¶ Minime pro certo est bonus: qui melior esse nō uult ubi incipis nolle fieri melior, ibi desinis eē bonus. Isido.

unde Chri. bonus aũt non fuit q malos tollerare recusat
¶ Sacri ordines debent dari perfectis. quod nemo reperitur ita perfectũ: quin ulterius possit persici. Bona. idem. perfectus se dicat qui deo se offert: & quo ad usum operis. & quo ad arbitrium uoluntatis. Bona.
¶ Qui in uerbo nõ offendit: hic perfectus est uir. Pau.
¶ Propriissime secundum naturam uiuere est in terris celestem uitam ducere ab exterioribus ad interiora redire ab interioribus ad superna ascendere. & facere omnia secundum nobilissimum quod est i homine pręcellens. hoc est secundum intellectum. hec Aristotiles.

PREDICATOR.

PRędicatores boni prius propria crimina fletibus curent: & tunc quæ aliorum sunt punienda denuntient. & ante q̃ uerba exhortatiõis insonent, omne q^d locuturi sunt, operibus clamẽt. Greg.
¶ Mens concupiscentiis exterioribus occupata diuini amoris igne non calet. & idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeũt uerba: que frigido corpore proferuntur. Grego.
¶ Predicatoribus bonis non causa uictus predicacio impenditur: sed causa predicatiõis uictus accipitur. & quotiens predicantibus necessaria ab audientibus conferuntur: non solum de rerum munere: sed de conferentium gaudent mercede. Grego. idem. predicatoris gloria est profectus auditoris.

¶Qui enim locum prædicationis suscipit, mala infer-
re non debet: sed tolerare: ut ex ipsa sua mansuetudine,
Iram seuientium mitiget. & peccatorũ uulnera in aliis
ipse aflictionibus uulneratus sanet: quem & si quando
zelus rectitudinis exigit: ut erga subiectos seuiat, furor
ipse de amore sit: non de crudelitate. quatenus & iura di
sciplinę foras exhibeat: & intus paterna pietate diligat
quos foris quasi insequendo castigat.

Gregorius.

¶Quod per linguam predicamus per exempla destrui
mus: dum iniqua docemus operibus: & sola uoce ea quę
sunt iusta pretendimus. ossa ieiuniis atterimus: & men-
te turgemus. corpus despectis uestibus tegimus: & ela-
tione cordis purpuram superamus. iacemus in cinere: &
excelsa suspicimus. doctores humilitatis: duces super-
bie. ouina facie lupinos dentes abscondimus. Grego.
¶Ponat uir gladium suum &c. exodi. xxxii. unde Gre-
gori. gladium super femur ponere est predicationis stu
dium uoluptatibus carnis ante ferre. ut cum sancta quis
studet dicere curet necesse est suggestiones edomare.
de porta usq; ad portam ire ẽ a uicio usq; ad uitium per
quod ad mentem culpa ingreditur increpando discurre
re. per medium uero castrorum transire & tanta ęquali
tate intra ecclesiam uiuere: ut qui delinquẽtium culpas
redarguit in nullius resideat fauore. unde subditur. occi
dat uir fratrem suum & amicum & proximum hos in-
terficit qui cum punienda inuenit ab increpationis gla
dio, nec eis quos per cognationem carnis diligit parcit.

si ergo ille dei dicitur qui ad ferienda uitia zelo diuini amoris excitatur, profecto esse se dei negat qui quantū sufficit uita carnalium increpare recusat.

Gregorius.

¶ Primus abusionis gradus est sine bonis operibus sapiens. & si predicator fuerit: qui quod sermone docet, actibus complere negligit. auditores enim doctrinæ dicta facere contemnunt; cum predicatoris opera a predicationis uerbis discrepare conspiciuntur.

Augustinus.

¶ Caue ne bene cantes: & male uiuas. Augu. idem diuturnus sermo onerosus esse non debet.

Augustinus.

¶ Plus attēdit deus quid uiuas quam quid sones. cuius auris non ad os; sed ad cor. non ad linguam sed ad uitam.

Augusti.

¶ Vis securus dicere fac quod dicis. Augusti. idem. Regnum celorum anunciabunt habētes in pectore falsitatem: & in lingua ueritatē.

¶ Nihil tuleritis in uia nec uirgam: nec: peram nec panem: nec pecuniam. qualis debeat esse qui euangelizat regnum dei, preceptis euāgelicis designatur: ut sine uirga: sine pera; sine calciamento. i. subsidii secularis adminiculum non requirens fidei putet totius sibi quo minus ea requirit magis posse suppetere.

Ambrosius.

¶ Non confundāt opera sermonem tuum ne cum ecclesia loqueris tacitus quilibet rn̄deat, cur ergo hęc q̄ dicis

non facis? delicatus magister est qui pleno uentre de ie iuniis disputat: accusare auaritiam & latro potest. sacer dotis Christi os: mens: manusq; concordet. Hierony.

¶ Ille debet Christum prędicare: qui uentri suo contra dicere potest: qui seculi istius bona contemnit: qui uanā gloriam non desiderat. Crisostomus.

¶ Non poterit excusari doctor: cuius uerba aliud sonāt: aliud facta demonstrant. Crisostomus.

¶ Lachrymas quas uult p̄dicator a suis auditoribus fun di, ipse primitus fundat. & sic eos compūctionis sui cor dis accendat. Prosper.

¶ Efficacior est uox operis q̄ uox sermonis. Bernar.

¶ Hoc turpissimum est quod nobis obiici solet: uerba nos fari: non opera tractare. Seneca.

¶ Carere prorsus debet omni uitio: qui in alios dicere sit paratus. Tullius.

PRVDENTIA.

PRudentia est bonorum & malorum sciētia: & utrobiq; discretio: cuius partes sunt: me moria: intelligentia: prouidentia de presenti bus. preteritis & futuris. Bonauentura.

¶ Prudentia politica: ē ad rationes norma: quę cogitat: quę q; agit, uniuersa dirigere: ac nihil præter rectū uelle uel facere: humanisq; actibus tanquam arbitris prouide re: hac prudentia fuit petro. Prudentia purgatoria ē mū dum istum: & omnia quę in eo sunt diuinorum contem

platione despicere: omnemq; animi cogitationem in so
la diuina dirigere. hec prudentia fuit in apostolis. Pru-
dentia purgati animi est diuina non quasi in electõe pre
ferre sed solam nosse: & hęc tanquam nihil aliud sit in-
tueri. hęc prudentia fuit precipue in apostolo Paul. pru
dentia exemplaris est ipsa mens diuina ipsa sapientia in
creata perpetua: mundum ratione gubernans. terrarum
celiq; satrix. Hec Bonauenrura.

¶ Prudẽs dicitur quasi porro uidens: perspicax ẽ enim
qui incertorum prouidet casus. Isidorus.

¶ Prudentiam quisquis sequi desideras, tunc per ratio-
nem recte uiuas: & omnia prius existimes & perpenses.
si prudens esse cupis in futura prospectum intende: &
quę possunt contigere cuncta ante ponas. nil tibi subdi
tum sit: sed ante totum prospicias. Nam qui prudens ẽ
nunq̃ dicit nõ putaui id fieri: q nõ dubitat: sed expectat
nec suspicat̃ sed cauet: si prudẽtiã amplecteris ubiq; idẽ
eris: & pro ut uarietas exigit rerum ita te accommodes
tempori: sermo tuus non sit inanis: sed aut suadeat: aut
moneat: aut consoletur: aut præcipiat. Lauda parce: ui-
tupera parcius. nam similiter repręhensibilis nimia lau
datio sicut immoderata culpatio. Illa si quidem adula-
tione: ista malignitate suspecta est. prudens est animus
tuus, tribus temporibus dispensetur: presentia ordina:
futura preuide: preterita recordare. Nam qui non de fu
turo premeditatur, in omnia incautus incedit: pra po-
ne animo tuo mala futura & bona: ut illa sustinere pos-
sis: ista moderari. non semper sis in actu: sed interdũ ani

nota hanc sententiam doctam lector

mo dato requiem:sed & ipsa requies plena sit sciétie stu
diis & cogitationibus bonis:nam prudens nunquá mar
cet ocio:aliquando animum remissum nunquam disso
lutum habet.non te moueat auctoritas dicentis nec qs
sed quid dicatur attendito: nec quam multis sed quali-
bus placeas cogites.Hec Seneca.

¶ Prudentia bonarum rerum & malarum discretio utra
que: cum fuga mali & electióe boni:de qua procedit cir
cumspectio:docilitas: cautio. Circumspectio est cautela
contrariorum uitiorum qua fugimus auaritiam: & ca-
uemus prodigalitaté. Docilitas est potentia erudiendi
hoc ordine:ut prius te: & postea alios instruas. Cautio
est prudentia discernendi uitia uirtutum speciem inferē
tia: prudentia in sex diuiditur in cognitionem presentiū
prouer.iiii.præcedant palpebre tue gressus tuos.i. consi
lia tua facta tua præueniant.Secundo in memoriá pre-
teritorum.Ezechias.recogitabo tibi omnes ãnos meos
&c. Tertio in prouidentiam futurorum.Boetius.non suf
ficit intueri quod situm est ante oculos: prudentia re-
rū exitus metit: Quarto in circūspectioné cótrariorū ꝑ
uer.xiiii.est uia que uidetur homini recta: nouissima au
tem illius ducunt ad mortem. Quinto in cohibitionem
peccatorum. paulus.castigo corpus meum & in serui-
tute redigo. Sexto:in exercitationem uirtutum.ecclesi.
ix.quodcunque potest manus tua facere, instanter ope-
rare. Bonauentura.

PVDICITIA.


Vdicitia uero anime est plus propter dei oculos q̄ hominum bona facere: appetiones turpium cogitationum compescere: omnes meliores se esse extimare: neminem inuidere. de semetipso nihil confidere. Dei semper consilio res omnes committere. ante dei oculos semetipsum cōstituere. heretica prauitate sensum non maculare. catholicis per omnia consentire: deo soli adherere: castitatem internæ mentis Domino Iesu Christo offerre. omnia incepta bona opera mortis tantum termino finire. presentes tribulatiões aī fortitudine paruipendere. In terra pręter proximos nihil amare. cunctis amoris sui thesaurum in celo cōstituere. & ꝑ oī bono actu mercedē i celestibus a deo spare. Au.

¶ Pudicitiæ duobus ergo modis cōstat exercitatio. i. corporis habitu in superficie. & animi affectu interno. per exteriorem iuxta apostolum coram omnibus exempla. per interiorem modum coram deo prouidens opera bona. pudicitia namq3 corporis est, alienas res nō appetere omnem immūdiciam deuitare. ante horam cōgruā nō gustare uelle. risum non excitare. uerba uana & falsa non loqui habitum per omnia ordinatum: compositionemq3 conueniētem tā capillorū q̄ uestiū sicut decet habere. cū in dignis cōtuberniū nō inire. superciliosa intuitu neminem aspicere: uagari oculos non permittere. pompatico & illecebroso grestu non incedere: nulli inferior in incepto bono opere apparere. nulli contumeliam aut ruborē incutere. neminem blasphæmare. bonis non inuidere: meliori non contrauersari: de his

que ignoras non tractare. & ea que scis non omnia proferre. hec proximis amabilem reddunt. & deo acceptabilem faciunt. Augusti.

¶ Pudicicia namq; castitatem custodit. auaritiam refrenat. lites deuitat. iram mitigat. libidinem occupat. cupiditatem temperat lasciuiam castigat. ebrietatem cauet. uerba non multiplicat. gulę concupiscentias oppugnat furtum omnino damnat: quid plura. omnia uitia restringit. & omnes uirtutes & quid quid coram deo & hominibus bonis laudabile est nutrit. Augu.

¶ Pudicicia ornamentum nobilium est. exaltatio humilium. nobilitas ignobilium. pulchritudo debilium: prosperitas laborantium. solamen mestorum. augumētum omnis pulchritudinis. decus religionis. defensio criminum. multiplicatio meritorum. creatoris omnium dei amica. August.

¶ Virginitas carnis nequaquam iussa est: sed tantum modo laudata. nam si illa iuberetur, nimirum iam coniugium in culpa uerteretur. & tamen multi uirginitate pollent. ut uidelicet plus impendant quam acceperant in precepto. Greg. unde Aug. non querit in uobis amator uester pulchram carnem: sed pulchram mentem & pulcros mores quibus frenatis & carnem. gaudeat magis puella nobilis genere: sed nobilior sanctitate. q̄ sit p diuinum consortium precipue in celis consecutura sublimitatem quam si esset per humanum connubium prolem in terra propagatura sublimem. uirginis diffinitio est esse sanctam corpore & spiritu. quia nihil proficit.

proficit carnem habere uirginem si mente quis nupserit unde Ambrosius uirginitas adolescentiam decet. iuuentutem ornat. senectutem amplificat omni qꝫ euo habet iustitiæ sue canos. maturitatem grauitatis. uelamen pudoris qui deuotionem non impedit, religionem auget.

RECTOR SIVE PRELATVS.


Ector semper sit cogitatione mundus: quatenus hunc nulla immūditia polluat qui hoc suscipit officium: ut in alienis quoqꝫ cordibus pollutionum maculas tergat. Grego.

¶ Rector sit actione precipuus: ut uitę uiam subditis uiuendo denunciet: & grex qui pastoris uocem mores qꝫ sequitur per exempla melius quam per uerba graditur.

Gregorius.

¶ Rector sit discretus in silentio. utilis in uerbo. ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticescat. nam sicut incauta locutio in errorē protrahitur: ita indiscretum silentium hunc quem erudiri poterat in errore relinquit.

Gregorius.

¶ Rector sit bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium uitia per zelum iusticiæ erectus. ut & bonis in nullo se preferat: & cum prauorum culpa exigit, potestatem sui prioratus agnoscat. quia tria erant in archa dei scilicet manna dulcedinis. uirga disciplinę: & tabula scientiæ legis & tales sese qui presunt exhibeant. quibus ut eorum subiecti occulta queqꝫ sua pro

dere non erubescant ut cum temptationum fluctus par ui tollerant, ad pastoris sui mentem quasi ad matris sue sinum recurrant. Gregorius.

Rector unus quisq; superbus totiens ad culpam apo stasie dilabitur: quotiens cum hominibus delectatur pre esse, honoris sui singularitate letatur. Gregorius.

Sacrum officium omnino non solum non diligit sed nescit qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta me ditatione cogitationes ceterarum subiectione pascitur. laude propria letatur. ad honorem cor eleuat. rerũ afluẽ tium abundantia exultat. Gregorius.

Subtilissima namq; ars ẽ uiuendi: culmen tenere: & gloriam premere: esse quidem in potentia. sed potesta tem se esse nescire. ad largienda bona potentẽ se cogno scere: ad reprimenda noxia oẽ q^d potenter ualet igno rare. Gregorius.

Mundus ipse esse a uitiis debet qui curat aliena corri gere: ut terrena non cogitet: ut desideriis infimis nõ suc cumbat quatenus tanto perspicatius aliis fugienda fu giat: quanto hec ipse per. scientiam & uitam uerius decli nat quia nequaquam uere maculam in membro consi derat oculus quẽ puluis grauat: & subiectas sordes ter gere non ualet manus quem lutum tenet. Grego.

Vnus quisq; rector quotiens extollitur q ceteros re git: totiens per lapsum superbie a summo rectore sepa ratur. Grego.

Tumoris elatione non potestatis ordo in crimine est. potentiam deus tribuit, elationem uero potentie mali

tia nostre mentis inuenit. tollamus ergo q de nostro est quia non potentia iusta sed actio praua damnatur.

Gregorius.

¶ Vicem ligandi & ligando & soluendo obtinent: qui locum sancti regiminis fide & moribus tenent. Grego.

¶ Quid nam est potestas culminis: nisi tempestas mentis? Gregori.

¶ Quis quis diuina inspiratione compuctus relictis seculi huius actionibus ad deum cōuerti festinat, ita cum caritate suscipiendus est & blandis per omnia consolationibus refouendus ut in ea quam elegit deo adiuuante, delectetur modis omnibus conuersatione persistere.

Gregorius.

¶ Quo reatu astringantur aspiciant: qui dum peccantibus fratribus uerbum predicationis subtrahunt morientibus aīabus uite remedia abscondunt. Grego.

¶ Maiora crimina & tarde credenda sunt cum audiantur & citius punienda cum ueraciter agnoscantur.

Gregorius.

¶ Multum uero est quod presulis mentem curarum densitas deuastat. cum q animus diuiditur ad multa fit minor ad singula. tanto q ei in una qualibet re surripitur quanto latius in multis occupatur.

Gregorius.

¶ Moises ut sublimia dei precepta preciperet, alta conscendit: & ut in terna penetret ab externis tumultibus ocultatur. qa uiri scti: q exterioribus officiis deseruire necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta

confugiunt:ibiq; cogitationes intime cacumen ascen-
dunt:& legem quasi in monte precipiunt. dum post po
sitis tumultibus actionum temporalium in contempla
tionis sue uertice superne uoluntatis sententiam perscru
tantur. Gregori.

¶Nemo quippe amplius in ecclesia nocet: quam qui
peruersum agens nomen:uel ordinem sanctitatis tenet
delinquentem .namq; cum nullus redarguere presumit
etiam in exemplum uehementer culpa extenditur. quã
do pro reuerentia gradus peccator honoratur. Greg.

¶Pastoris tamen sententia gregi timenda est: ne is qui
sub est, & tamen iniuste forsitan ligatur, ipsam obliga
tionis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Grego.

¶Pastor uel absoluere indiscrete timeat: uel ligare, is
autem qui sub manu pastoris ligari timet iuste uel iniu
ste:nec pastoris sui iuditium temere reprehendat, ne &
si iniuste ligatus est ex ipsa tumida reprehensionis super
bia, culpa quæ non erat, fiat. Grego.

¶Pastoribus uigilantibus quid est hoc.q; angelus ap-
paret: eos q; dei claritas circunfulget: nisi q; illi pręcete
ris uidere sublimia merētur: qui fidelibus gregibus pre
esse solicite sciunt: dum ipsi pie super gregem uigilant
diuina super nos gratia corruscat. Grego.

¶Pia pastorum mens, quia non propriam gloriam sed
auctoris querit, ab omnibus uult adiuuari: nolenti mi-
hi atq; renitenti q; graue esset altaris ministerium etiam
pondus pastorale in iunctum. Grego.

¶Prelatorum bonitas subiectorum salubris est regula

Greg. unde Aug. prepositus omnis qui male uiuit in cõspectu eorum quibus preest, quãtũ in ipso ẽ oĩs occidit.
¶ Aliquando subiectorum uitia prudenter dissimulanda sunt. sed quia dissimulantur iudicanda aliquando ex parte cognita nature tolleranda: aliquando uero subtiliter & occulte perscrutanda. aliquando leuiter arguenda aliquando & uehementer arguenda. Gregorius.
¶ Conuersorum primordia blandis refouenda sunt modis: nã si ab asperitate incipiant exterreri ad priores lapsus recurrant. qui enim conuersum sine lenitate erudit asperare potiusquam corrigere nouit. Gregorius.
¶ Concupiscientie carnalis hostia: dum consensu noster apit ad innumera nos corruptionis mala protrahit. Gregorius.
¶ Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina uite suę, iudex fiat uitę alienę. Gregorius.
¶ Dum unus corrigitur, plurimi emẽdantur. & melius est ut pro multorum saluatione unus condemnetur: q̃ pro unius licentia multi periclitentur. Gregorius.
¶ Ecclesia sicut proprias res amittere non debet: ita cã rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet. Greg.
¶ Ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo in bonis imitari paratus sum. stultus enim est: qui in eo se primum estimat: ut bona quę uidet discere contemnat. Gregorius.
¶ Homo quia sibi tribuitur quo iudicio dispõatur ignorat, nec ad appetendum locum superiorem procax insistere: nec ad repellendum contumax debet inuenire.

uſus rectæ conuerſationis eſt: ut preeſſe non audeat qui ſub eſſe non didicerit: nec obedientiam ſubiectis imperet: quam prelatis non nouit exhibere. Grego.
In quantũ ſine peccato poſſumus, uitare proximorũ ſcandalum debemus. ſi autem contra ueritatem ſcandalum ſummittur, utilius permittitur naſci ſcandalum: quã ueritas relinquatur. ſcire prelati debent: quia ſi peruerſa umquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt: quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla traſmittunt. Grego.
Fit ut dum aliena diiudicanda mens ducitur, proprii iudicii lumĩe priuetur: & eo durius aliena ſuperbiat: quo ſua negligenter ignorat. Grego. unde Chriſo. in alienis delictis ſeueri & amariſſimi iudices reſidemus: noſtras autem trabes oculis infixas propriis non uidemus. qui aliena etiam minima ſolicite perſcrutamur. unde Aug. maxime hi temere iudicant de meritis alienis: & aliorũ facta facile reprehendunt: qui magis amant uituperare & damnare quam emendare. quod quidem uitium uel ſuperbie eſt: uel inuidentie.
Locus ſuperior: ſine quo regi populus non poteſt, et ſi ita teneatur atq; adminiſtratur ut decet, tamen indecenter appetitur. Augu.
Pollens uirtutibus inuitus atq; coactus. accedat ad regimen animarum. Auguſti.
Qui peccant coram hominibus, corã hominibus corripiendi ſunt ut omnes timeant. Qui uero ſecreto peccant in te, ſecreto corripe. nam ſi ſolus noſti: & cum uis coram aliis arguere, nõ es corrector: ſed proditor. Aug.

¶Qui enim multa tuetur si non habet fortitudinem animi non ualet id agere. quoniam magna magnis infestationibus uel aduersitatibus solent laborare: omnis igitur qui prae est hoc primitus tota animi intentione procuret: & per omnia de dei adiutorio omnino non dubitet. sic namq; ceperit in actibus suis auxiliatorē habere dominum dominorum nullus hominum contemptum potest habere eius dominatum. non enim est potestas nisi a deo. ipse enim eleuat de stercore egenum & sedere facit cum principibus populi sui: & deponit potētes de sede & exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mūdus deo & erigatur gloria dei. Augusti.

¶Quando necessitas discipline in moribus corrigendis dicere uos dura uerba compellit si etiam in ipsis modū uos excessisse sentitis, nō a uobis exigitur ut a uobis subditis ueniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frāgatur auctoritas. sed petenda est uenia ab omniū domino qui nouit eos quos plus iusto corripitis quanta beniuolentia diligatis. Augusti.

¶Qui desiderat principatum in terra, inueniet confusionem in celo. Augusti.

¶Reprehende & corrige animo dilectionis: & non animo turbationis. Augusti.

¶Habemus duo quidam. unum q; christiani sumus. alterum q; prępositi sumus. illud q; christiani sumus ꝓpter nos est: q; prepositi sumus: propter alios est. i eo q; xp̄iani sumus attēditur utilitas nr̄a, i eo q; ꝑpositi sumus

non nisi aliena. Augustinus.

¶ Ille qui preest fratribus se ipsum bonorum operum prebeat exemplum. corripiat inquietos. consoletur pusillanimes. suscipiat infirmos. patiens sit ad omnes. disciplinam libens habeat. metum imponat. & quãuis utrũque necessarium sit: tamen plus uobis appetat diligi quã timere: semper cogitans deo rationem redditurum pro uobis. si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inte. quare inte peccauit. quia enim secretum fuit: nam si solum nosti q peccauit in te: & cum uis corã omnibus arguere, non eius corrector sed proditor. Augu.

¶ Si iubet q non licet, hanc sane contemne potestatem timendo potestatem maiorem. Ergo si aliud imperator: aliud deus iubeat, contempto illo, obtemperandum est deo. Augusti.

¶ Nihil est fedius preceptore furioso: qui cum debeat esse mansuetus: & secundum illud q sumptum est, seruum domini non oportet rixari: sed mitem esse ad oés doctorem. patientem. in mansuetudine erudientem eos qui contrauenniunt. ille e diuerso toruo uultu: trementibus labiis: rugata fronte: effrenatis conuitiis: fatie inter pallorem ruborem q; uariata: clamore perstrepit: & errantes nõ tam ad bonum retrahit quam ad malum sua seuitia precipitat. Hierony.

¶ Principatus enim sicut ingreditur: sic deseritur. & quã diu tenetur labitur. & incertum est in qua mansione id est in qua die finiatur. principes enim laborant, humiles quiescunt. Hieronymus.

¶ Prepositum monasterii diligite ut patrem . amate ut dominum. audite ut magistrum. credite ut salubre quid quid uobis dixerit. Hieronymus.

¶ Pręses ecclesiæ quomodo.n.potest auferre malum de medio eius: qui in delicto simili corrueri t aut qua liber-tate cum tacitus sibi ipse respōdeat eadem amisisse que corripit. Hierony.

¶ Vis apparere sanctus, circa tuam uitam esto austerus circa aliorum benignus. audiant te homines parua mā dantem & magna facientem: & tale te redde subditis ut magis ameris q̄ timearis . reuerentia enim ex amore procedit: odium uero timor efficit. Chriso.

¶ Principes ecclesie fiunt ut seruiant minoribus suis & ministrent eis quecunq; acceperūt a christo: ut suas uti litates negligant & illorum procurent. & mori non re-cusent pro salute inferioris. primatum ecclesie concupi scere neq; iustum est neq; utile. Quis enim sapiens uult ultro se obiicere seruituti & periculo tali: ut det rationē pro omni ecclesia? nisi forte qui non timet dei iuditi-um abutens primatu suo ecclesiastico seculariter. Chri.

¶ Abbas debet solicitudinem gerere in omni sagacita te & industria curare ne aliquam de ouibus sibi creditā perdat. nouerit enim infirmitatis se curam suscepisse ani marum: non super sanas tirannidem. Bernar.

¶ Abbatisse uita uelut pennatum animal ad altū sem per per desiderium euolet: per uerba resonet: luceat per exemplum. tales abbatissæ regendarum animarum curam suscipere debent: quę subditis uerbo & exemplo

prebeant uiam sanctę religionis. Bernar.

¶ Ammonitio in se ipsum rigida debet esse censura & districta seueritas. ad regentem autem uel consulentem spectat paterna uel fraterna caritas & pietas. si alterum horum desit uel in deside & tepido non spero cursus perseuerantiam: uel precipiti timeo ruinam. Bernar.

¶ Quid iugum uestrum super eos aggrauatis: quorum onera potius portare debetis? qui autem multa precipiunt potius salutem impediunt. Bernar.

¶ In ueritate didici nil eque efficax ad gratiam promerendam & recuperandam: quam si omni tempore corã deo inueniaris non altum sapere: sed timere. Bernar.

¶ Papa positus est dispensator in edificatione: non in destructione: uilissimus reputandus est nisi precedat alios scientia & uirtute: qui est honore prestantior. Berna.

¶ Quisquis uolet tutam agere uitam, ista uiscata beneficia deuitet. Bernar.

¶ Qui ad hoc sanctitatis conuersionẽ pertendit: ut aliis quandoq; preesse desideret, iste non discipulus christi sed prauitatis sectator existit. quia nõ pro deo sed pro seculi honore portare studet crucis christi laborẽ. Isido.

¶ Quanto quisq; in superiori constitutus est loco: tanto in maiori uersatur periculo. & quanto splendoris honore celsior est: tanto si delinquat peccator maior est. Isid.

¶ Principes tenentur & ipsi uiuere legibus suis. iustũ ẽ principes legibus obtemperare suis. tunc enim iura sua ab omnibus obtemperare existimet, quando & ipse illis reuerentiam prebet. principes legibus teneri suis: nec in

se posse damnare iura: quę in subiectis constituit iustum est. iusta est enim uocis auctoritas eorum si quod popu lus prohibet sibi licere non patiatur. Isidor. ix. distin.
¶ Nullus nisi stultus uult esse abbas deliberatiue: quia uelit esse monachus. Bona. idem. prelatus est sicut sol quantum ad documenta ueritatis. luna quãtum ad exẽ pla uirtutis. Bonauen.
¶ Priuilegium meretur amittere: qui concessa sibi abu titur potestate. Bonauen.
¶ Quamuis enim bonum sit & licitum aliis preesse: non tamen est appetendum sed potius fugiendum. & ad illud debet homo trahi quasi inuitus. quia cum ama tur prelatio, frequenter adest ratio superbiendi. & quo dammodo apostatandi: & recedendi a deo. Bona.
¶ Illum quem odis iudicare non potes. quia oculus o dientis obductus tenebris odii, tenebrosa reputat opera exosi. iratus plato suspenso flagello non presumpsit pu nire seruum. Bonauen.
¶ In tribus consistit ordinatio bonorum. uidelicet in ex timando bono de quolibet. in exhibendo bonum cuili bet. in sustinendo malum pro quolibet.
Bonauentura.
¶ Vnde putatis aliquando hominem mansuetum: qui tacet alio peccante hec non est mansuetudo. Bona. idẽ. unde plus nocet prelatus misericors abiiciens rigorem discipline: quam prelatus rigidus sine misericordia: & ita intelligitur istud ecclesiastici. melior est iniquitas ui ri quam mulier benefaciens. Bonauen.

¶ Totiens angelo apostatę similis esse uolo: quotiens preesse desidero. Bernardus.

¶ Sit eloquentia facilis ad exhortandũ: sit ratio efficax ad suadendum, ualidiora tamen sunt exempla quã uerba: & planius est opere docere q̃ uoce. Leo papa.

¶ Prelatus qui subditos non corrigit: causa dicitur malorum subditorum. Beda.

¶ Infirmis cura ante oĩa & supra oĩa adhibẽda est: sicut reuera pręcepit Christus ut eis seruiatur qui dixit. Infirmus fui & uisitastis me: & quod fecistis uni de his minimis meis mihi fecistis. Benedictus in regula.

¶ Basilius papa ad remouendum motum elationis: & glorię cum in diebus professionis in pontificali esset ordinatus, ordinauit aliquem ex suis familiaribus sibi dicere debere: pater iube perfici sepulturam tuam qa nescis quando moriturus sis.

¶ Consuetudo contra libertatem ecclesie non ualet. in decreto.

¶ Facile abbas a subditis contemnitur: qui nulla scientia doctrinæ illustratur. quicquid fecerit. quicquid dixerit infimi despiciunt. qui dum rectorem indoctum & imperitum esse considerant, eius dictis fidem & confidentiã negant. dum loquitur rident: dum imperat spernunt: dum minatur contemnũt. Simia in solio abbas seu præpositus imperitus in claustro. hæc abbas tritemii.

¶ Asperitatis autem increpatio nec correctionem: nec salutem recipit. xlv. di.

¶ Dissimulatio in pręlato est peccatum mortale. xliii.

di.capi.sit rector.

¶ Prelatus non potest alienare res ecclesie sine consensu capituli. xii.q.x. Idem. ergo nec personas, cum maior sit alienatio personæ quam rerum.

¶ Licet heli summus sacerdos in se bonus existeret: quia tamē filiorum excessus efficaciter non corripuit: & in se pariter & in ipsis animaduersionis diuinę uindictam ex cepit: dum filiis in bello peremptis: ipse de sella corruēs fractis ceruicibus expirauit. Ad corrigendos igitur sub‑ditorum excessus tanto diligētius debet prelatus assur gere: quanto damnabilius eorū offensas deserere in cor rectas. in li.v. decretalium.

¶ Optandum ut hii qui pręsunt legibus similes sint: quę ad puniendum non iracundia: sed ęquitate ducun tur. Tullius.

¶ De dubiis non definias. sed tene suspensam sententiā. nihil in expertus affirmes. Seneca.

¶ Grauissimus est morbus: qui a capite diffunditur. Seneca.

¶ De uespesiano imperatore legitur. nullum tristem de bere ab imperatore recedere. propterea cum quadam die recordatus in cena fuisset, nulli se illo die quicquam prestitisse, dixit amicis. hodie diem perdidi: & conui‑ctos aduersus se coniurationis dimisit: & in eadem fami liaritate qua ante habuit.

RELIGIO.


Eligio dicitur quod ap pellatione. quia p e eã uni soli deo religamus animas nostras ad cultum diuinum uinculo seruiendi. Isidorus.

¶ Religionis altus gradus est cognoscere omnia impedimenta religionis: & ea odire: sicut est ocium. dissolutio. mala societas. curiositas. & nimia libertas. & altior est cognoscere omnia incitamenta religionis & ea desiderare. ut est maturitas. solicitudo. taciturnitas. bona societas. Bona exempla. seruare omnia precepta religionis. niti semper ad crescendum in uirtutibus & spiritualibus donis. ad confirmandum se diuinis moribus. semper dolere quod non potest omnes defectus deuitare: nec semper exercere uirtutes. Bonauentura.

RESVRRECTIO


Esurrectionem uero post: facto uniuerso impletoq; iudicio suos fines habebunt ciuitates duę una Christi: alia diaboli. una bonorum altera malorum. utraque tamen angelorum & hominum. Istis uoluntas: illis facultas non poterit esse peccandi uel ulla conditio moriendi. Istis in eterna uita feliciter uiuentibus: illis infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate durantibus. quoniam utrique sine fine sed in beatitudine isti alius alio præstabilius. in miseria uero illi alius alio tollerabilius permanebunt. ex his apparet quod sicut boni differenter glorificabuntur: alii magis: alii minus, Ita & mali differenter in in-

ferno punientur. sicut enim in domo patris mei.i.in domo celorum mansiones multe.i.præmiorum differentię:ita & in gehenna diuersę sunt mansiones.i.suppliciorum differentie.magister.in li.iiii.di.xlix.

¶ In mensura etatis plenitudinis.Pau.ad eph.iiii. unde Augustinus non ait mensuram corporis uel stature. qa unus quisqꝫ recipiet suam mensuram quam uel habuit in iuuentute etiam si senex obiit uel fuerat habiturus si ante est defunctus. etas uero erit illa ad quam peruenit Christus.i.iuuenilis.uel circa.xxx.annorum. nō autem fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo: quam non habuit:nec maiora in corpora redigenda sunt ad modum dominici corporis. Augustiuus.

¶ Cum anima hoc corpus non animale iam sed spiritale receperit, perfecte habebit sue nature modum obediens & imperans.uiuificata & uiuificans. tunc ineffabili felicitate fiet: ut sit ei glorie quod fuit sarcine.

Augustinus.

¶ Sicut enim tunc animus perfectissimo obedit creatori.Ita corpus promptissime obtemperabit suo motori. tam potentem tunc faciet deus animam ut eius beatitudine plenissima redundabit in corpus.ex qua redundantia habebit uigorē passibilitatis.splendorē claritatis.aptitudinem subtilitatis. promptitudinem agilitatis. ibi erunt omnes sensus in actibus suis. ibi enim oculus uidebit decorem speciosissimum. gustus sentiet saporem dulcissimum. olfatus odorabit odorem suauissimum. tactus amplexabitur obiectum delitiosissimum. auditus

inuitabitur per sonum iucūdissimum. ibi enim cū mens in exultationem rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur. Augu.

¶ Vide quale gaudium futurum sit de his que sunt intra te. homo enim remunerabitur in corpore & in mente. & istorum eterna & inseparabili unione. corpus em̄ nostrum ex quatuor elementis est compositum. Vnde quattuor dotibus remunerandum. terra tunc habebit eternam immortalitatem. Aqua omnimodam impassibilitatem. aer maximā agilitatem: & ignis splendidissimam claritatem. Bona.

SAPIENTIA.

SApientia namq; huius mundi est. cor machinatiōibus tegere. sensum uerbis uelare. que falsa sunt uera ostendere & que uera sunt fallacia demonstrare. at contra iustorum sapientia est, nil per ostensum fingere. sensum uerbis aperire. uera ut sunt diligere. mala libentius tollerare q̄ facere. pro ueritate contumeliam putare. uirtus fatuitas creditur. quid namq; stultius uidetur mundo: quam mētem uerbis ostendere nil calida machinatione simulare. nullas iniuriis contumelias reddere. pro maledicentibus orare. possessa relinquere. paupertatem querere. rapienti non resistere. percucienti alteram maxillam prebere: Grego.

¶ Verba sapientiæ quę reprobi audiunt tantum, electi non solum audiunt: sed etiam gustant ut eis in corde sa

piat. quod reproborum non mentibus sed solum auribus sonat. aliud est namq; cibum nominatum audire solummodo. aliud uero est gustare. electi itaq; cibum sapientiæ sic audiunt ut degustent. quia hoc quod audiũt ipsis per amorem medullitus sapit. reproba uero qualiter sapiãt ignorant. aliud est enim aliquid scire de deo: & aliud quod cognoscitur faucibus intelligentie gustare. illa enim dicta in sapientię radice solidata sunt quæ per uiuendi usum & actuum experimentum conualescunt.

Gregorius.

¶ Qui enim nec dum semetipsum humiliat, dei sapientiam non apprehendit. Gregorius.

¶ Qui insipiens est gaudet laudatus in facie. uir autem sapiens quando laudatur in facie flagellatur in corde.

Gregorius.

¶ Sapientia namq; est amor boni: seu sapor boni. a sapore si quidem dicitur. summa namq; sapientia ipse deus est. sapientia hominis est pietas cultus dei. est itaq; in ratiõe quidem ad transitoria & caduca respiciens. & id uocatur prudentia. hec duo in ratione sunt: & in ratione consistunt. & diuidit se ratio in duos. in sursum & deorsum. sursum in sapientiã deorsum in prudentiã. quasi in uirum & mulierem. ut uir sit superior & regat: mulier inferior & regatur. unde dictũ est melior est iniquitas uiri q̃ mulier benefaciens. melior siquidem qui per celeste desiderium accensus, carnem necessaria etiam ei subtrahendo affligit q̃ qui per carnalem affectum resolutus, per omnia quę cõmoda sunt ei satisfacere cõtẽdit. Aug.

¶ Eloquentia sine sapientia nimium obesse plerunque: prodesse nunquam. Augustinus.

¶ Nam & maior & miserabilior egestas nulla est q̃ egere sapientia. & qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest. est ergo animę egestas in qua nihil aliud q̃ stultitia. hęc ē.n. contraria sapientię & ita aliquo medio nam ut oīs non beatus homo miser est: oīsq; hō nō mortuus uiuit: sic omnem non stultum manifestū est esse sapientem. omnis qui caret sapientia magnam patitur egestatem. omnisq; compos sapientię nihilo eget, sequitur ut stultitia sit egestas. ut autem omnis stultus miser: ita omnis miser stultus est. Augustinus.

quid sit sapientia

¶ Quid est sapientia: cognoscere & amare bonū. Aug.

¶ Sapiens ē in quem nulla cadit perturbatio. Augu.

¶ Sapientia est contemplatio ueritatis pacificans totū hominem suscipiens similitudinem dei. Augu. unde prouer. Preciosior est sapientia cunctis opibus: & omnia quę desiderantur non ualent huic comparari.

¶ Abimelech non semper pacem cum Isac: aliquando dissidet aliquando pacem requirit. Genesi. xxvi. unde Hieronymus significat studiosos & sapiētes seculi: q p eruditionē philosophię multa de ueritate cōprehēderūt hic cū Isac q uerbū dei significat: nec semp in defensione ē nec ī pace. philosophia eni diuinę legi nec ī oībus contraria ē nec ī oībus cōsonat: multi philosophorū unum deū q cūcta creauit scribūt. aliq uero ēt addiderunt: q per uerbum suū cūcta fecerit & regit: & uerbum dei sit quo cuncta moderentur: in quo & euangelio consonant

moralis uero phisica & philosophia pene omnia que no
stra sunt sentit: dissidet uero cum dicit materiam esse
coeternam cum deo: & negat deum curare mortalia di-
cens quod prouidentia eius supra lunaris globi spacia
cohiberi: & quod uitas nascentium stellarum cursibus
pandat. & cum dicit mundũ perpetuum nullo fine clau
dendum & alia plura sunt in quibus nobiscum philoso
phi dissident uel concordant. Hec Hieronymus.
¶ Si quis estimat abundantia ciborum atq; potus se p
frui & uacare se posse sapientie: hoc est uersari inter deli
tias: & delitiarum uitiis non teneri, se decipit. Hierony.
¶ Viuere tamdiu commune est sapientibus atque insi-
pientibus: bene autem uiuere speciale sapientis est: cu-
ius senectus uenerabilis & ętas senectutis: uita imma-
culata nõ diuturna inquit neq; annorũ numero compu
tata: nec capillis canis in capite: sed sensibus. Ille enĩ be-
ne senescit qui bene senserit. Ambrosius.
¶ Qui sapiens inter uos ostendat in conuersatione sua
operationem bonã in mãsuetudine sapiẽtie. Beatus Iac.
¶ Si quis autem uestrum inquit indiget sapientia, postu
let a deo qui dat omnibus affluenter: & non imprope-
rat & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hesitans.
Beatus Iacobus.
¶ Sapientia que desursum ẽ: primũ quidem pudica est:
deinde pacifica: modesta: suadibilis: bonis consentiens:
plena misericordia: fructibus bonis: iudicans sine simu
latione. Bonauen.
¶ Virtus nulla nec angelica nec humana tãtũ fortificat

a deo sp[ient]ia querenda

ut sapientia. sapientia intrauit in animam uiri iusti: & stetit contra reges horrendos in signis & portentis: & dedit illi certamen forte ut uinceret: ut sciret quoniam omnium potentior est sapientia. disponit ut anima sit domus dei. Bonauen.

Multa bona fiunt que non sapiunt sapientibus. quia sapore carnalis seu mali non est totaliter exterminatus. Bonauentura.

Sapientiam innatam quam habuerunt angeli & primus homo & per hãc scit omnia quo possumus per habitum scire. sapientiam infusam per quam comprehendit gloriosa & infinita, quia sapientie eius non est numerus. sapientiam eternam per quam comprehẽdit omnia tam possibilia fieri q̄ disposita. Bonauen.

Sapientia artificis manifestatur in opere. Bona.

Inuenisti plane sapientiam: si prioris uite defleas peccata. si huius seculi desiderabilia paruipendas. si æternã beatitudinem toto desiderio concupiscis. Bernar.

Omnis qui secundum deum sapiens est, Beatus est. qui secundum seculum sapiens est, secundum deum stultus est. Isidorus. unde propheta stultus inquit factus omnis homo a scientia sua.

Sapiens gloriam suam in conscientiam suam ponit. stultus autem in laudem humanam. unde Isido. qui aliquod donum a deo largitum in laudem suam couertit proculdubio uirtutem in uitium transire facit idem. sapientiam non dicas aliam quam religionem diuinam. siue cultum.

¶ Sapientia pertinet ad doctrinam. uirtus uero refertur ad opera. Beda.

¶ Lector non nunquam ingeniosus negligendo se priuat sapientia: q̄ tardus ingenio: studiosus elaborando degustat. Beda.

¶ Sapientia dei est non eloquia dei scire: sed secundum eloquia dei uiuere. Chrisosto.

¶ Volo uos sapientes esse in bono. simplices in malo. Paulus. idem sapientia carnis inimica est deo.

¶ Audiens sapientes sapientior erit. s. acquiescens dictis aliorum. Prouer.

¶ Concupisti sapientiam, serua mandata. Prouer.

¶ Quid plus habet sapiens a stulto: nisi ut pergat illuc ubi est uita? Prouer.

¶ Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Prouer.

¶ Thesaurus desiderabilis requiescit in ore. sapientis cor sapientium ubi tristitia: & cor stultorum ubi lætitia Prouerbiorum.

¶ Vir sapiens si consulto contenderit, siue rideat: siue irascatur, non inueniet requiem. Prouer.

¶ Vinum & musica letificat cor. & super utraq; dilectio sapientie. ecclesiastices.

¶ Vir sapiens moleste ferre non debet, quotiens in certamen fortune adducitur: Boetius.

¶ Sapientia nō inuenitur in terra suauiter uiuentiū. Iob

¶ Sapiens ad omnem incursum inuictus & intentus ē nam si paupertas: si luctus: si ignominia: si dolor impetum facit, ratio tamen reficit intrinsecus, & contra illa

ibi & inter illa sapiens plenus est gaudio & inconcussus & cum diis expers uiuit. Seneca.

¶ Sapiens nunq̃ sine gaudio est. gaudium autẽ hoc non nascitur nisi ex uirtutum conscientia. Seneca.

¶ Sapiens nõ uertit omnia in peius. nihil quærit cui im putet casum: & peccata ad fortunam potius refert. non calumniatur: nec uerbo nec uultu quicquid accidit benigne interpretando leuat. semper quid quid dubium est humanitas inclinet in melius. Seneca.

¶ Sapiens uidebit ubi uicturus sit. cum quibus. quomodo: & quid acturus cogitat. semper qualis uita non quãta sit. Seneca. idem, sapiens omnia examinabit secum quid acceperit. a quo. quantum. quemadmodum sapiens bonorum rector est: malorum uictor.

¶ Sapientia est cognitio rerum diuinarũ. & philosophus dicit. qꝫ sapiens est qui oĩa nouit secundum qꝫ conuenit. & magister dicit: qꝫ in hoc differentia est quia ad cõtemplationem sapientia ad actionẽ uero scientia pertinet.

¶ Animus sapientis in utraqꝫ fortuna semper est serenus. Tullius.

¶ Quid enim optabilius sapientia? quid prestantius? q̃d homini melius? quid in homine dignius? hanc qui expetunt igitur philosophi nominantur. nec quicquã est philosophia si interpretari uelis: q̃ studium sapientie. Tulli.

¶ Diuitie apud sapientem in seruitute sunt: apud stultũ in imperio. Seneca.

¶ Sapiens bene scit ferre fortunas. Aristotiles. idem: sapiens debet gloriari de morte & non dolere.

SACERDOS.

SAcerdotibus ecce mundus plenus est: sed tamen in messe rarus inuenitur operator. quia officium quidem sacerdotale suscepimus: sed opus officii non implemus. Grego.

¶ Sacerdotalis officii est ut uiduis ac maritali regimine desolatis impertiri solatia debeant. ut unde in hoc mundo humano adiutorio priuantur, sacerdotali tuitiõe possint remedia reperire. redemptor noster ad sacerdotis officium non quærit aurum sed animam. Grego.

¶ Sacerdotes malos cui rei similes dixerim: nisi aquę baptismatis? quę peccata batizatorũ diluẽs. illos ad regnũ celeste mittit: & ipsa in cloacas descendit. Greg. Idem mendacium est sacerdotem uel clericum se profiteri: & contraria huic ordini operari. unde Ambrosi. nihil in sacerdote tam periculosum apud deum: tam turpe apud homines: q̃ quod sentiat non libere denuntiare.

¶ Nullus puto frates carissimi ab aliis maius preiudiciũ q̃ a sacerdotibus tollerat deus. quando eos quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla prauitatis cernit. quãdo ipsi peccamus qui compescere peccata debuimus. Gregorius.

¶ Quis fideliũ habere dubium possit. in ipsa imolationis hora. a sacerdotis uoce, celos aperiri. in illo Iesu xpi mysterio angelorũ choros adesse. summa imis sociari. terrena celestibus iungi. unum quoddam ex uisibilibus fieri. sed necesse est cum hec agimus, nos metipsos deo in cordis contritione mactemus. Gregorius.

¶ Sacerdos cui omnis offertur peccator: ante quem sta tuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, condemnat se ipsum. cognoscat ergo se & purget in se q̃ alios uidet sibi offerre caueat ut a se proiecerit quid quid in alium damnosum reperit. animaduertat quod q̄ sine peccato est primus in illo lapidem mittat. ideo enim liberauit peccatricem quia non erat qui iuste proiiceret lapidem. quomodo lapidaret: qui se lapidãdum cogno sceret. nullus enim erat sine peccato: inquo intelligitur. omnes fuisse reos. Augusti.

¶ Sacerdos namq; dicitur quasi sacra docens. quia de bet ignorantes docere & dirigere ad debitum finẽ. uel sacerdos dicitur quasi sacra dans. quia debet esse largus in dando sacramẽta uel documenta salutis. uel sacerdos dicitur quasi sacra dicens. semper. n. ex ore sacerdotis de bent emanare recta. uera. honesta & sancta. absit ut le uia loquatur uel detrahat uel detrahentem audiat. unde Hierony. sacerdotes interroga legem simulq; considera sacerdotis esse officii de lege interroganti respondere. si sacerdos est sciat legem domini. si ignorat legem ipse se arguit non esse domini sacerdotem. sacerdotis enim est scire legem: & ad interrogationem respondere delege.

Hieronymus.

¶ Sacerdotis est nulli nocere. prodesse uelle oĩbus. posse autem solius dei est. Ambro. unde Isido. non facile accu sanda est persona tã alti ordinis, cũ sit uice christi.

¶ Sacerdotes populorũ iniquitatibus damnantur. si eos aut ignorãtes nõ erudiant: aut peccãtes nõ arguãt. Isid.

 CXV

Sacerdos namq; cum est absq; peccato mortali: & in proposito bono non habens legitimum impedimentum: & non ex reuerentia: sed ex negligentia celebrare obmittit, tunc quantũ in se priuat trinitatẽ laude & gloria: angelos leticia: peccatores uenia: iustos subsidiis: & gratia: in purgatorio existentes refrigerio: ecclesiam Christi spirituali beneficio: & seipsum medicina & remedio contra quottidiana peccata & infirmitates.

Beda.

Propter bonos sacerdotes etiam malos honorate: ne propter malos etiam bonos cõtemnatis. Crisostomus.

Nuge ut ait Bernardus inter seculares sunt nugæ: in ore sacerdotis blasphemiæ. Bernardus.

Presbyter grece: latine senior interpretatur: non pro ętate uel decrepita senectute: sed propter honorem & dignitatem quam acceperunt. qui morum prudentia & maturitate conuersationis pręcellere debet in populo: unde sapientia. iiii. Senectus uenerabilis est non diuturna nec annorum numero computata: cani enim sũt sensus hominis: & ætas senectutis uita ĩmaculata. xxiiii. d.

SCIENTIA.



Cientia quippe perfecta est: & cuncta hæc solicite agere. & de suis meritis scire nihil esse.

Gregorius.

Scientia est quando homo ad cognitionẽ illuminatur. cõpunctio est quando ex cõsideratiõe malorum suorum

tangitur: deuotio est pius & humilis affectus in deum: qui ex compunctione generatur. Gregorius:
¶ Scientia per se inutilis est. cum caritate utilis. per se inflat in superbiam ut demones qui greco nomine a sciẽtia sic sunt nominatim propter elationem scientie. datus est paulus stimulus &c. melius scire infirmitatem nostram q̃ naturam rerum: quam scientiam quæ apponit. dolorem. humilium uirtus est de scientia non gloriari: ubi est scientia caritas est necessaria. Augustinus.
¶ Scientiam celestium & terrestium rerũ laudare atq; amare solẽt homines: sed multo meliores sunt. qui huic scientie prepponunt noscere semetipsos. Laudabilior siq; dem animus est. cui nota est miseria sua: q̃ qui ea non aspecta uiam siderum & naturas rerum scrutatur. Aug.
¶ Scientia cum nulla melior scit illa qua cognoscit homo seipsum, discutiamus. cogitationes. locutiones: atq; opera nostra. quid enim prodest nobis si rerum omniũ naturam subtiliter inuestigemus: efficaciter comprehendamus, & nosmetipsos non intelligimus. examinemus ergo que fecimus nos si secundum q̄ debuimus ea facimus. consideremus ea que facturi sumus si sunt secundũ deum. ualde si quidem est necessaria nobis circũspectio examinationis. quatenus per experiẽtiam eorum que fecimus ad ea quę agenda sunt tutiores reddamur. Aug.
¶ Scientia quedam est secularis. quę inebriat non caritate sed curiositate. implet sed non nutrit. inflat sed non edificat: in gurgitat sed non confortat. & talis scientia non est donum spiritussancti. Bernardus. Idem. scientia

aggrauat culpam.
¶ Scientia est abstinere a malis: abstinere uero a malis est in medio praue nationis prudenter conuersari.
Bonauentura.

SCRIPTVRA.

Scriptura sacra mentis oculis quasi quodã speculo opponitur, ut interna nostra facies in ipsa uideatur. ibi etenim feda: ibi pulchra nostra cognoscimus. ibi sentimus quãtũ proficimus. ibi a profectu q̃ longe distamus. narrat autem gesta fortiorum: & ad imitationem corda prouocat infirmorum dumq; illorum uictricia facta commemorat, contra uitiorum prelia debilia nostra confirmat. Gregorius.
¶ Tunc super omnipotentem delitiis afflues. Iob. unde Gregorius dicit. Super omnipotentem delitiis affluere est in amore illius sacrę scripturæ epulis satiari. In quibus nimirum tot delitias inuenimus quod ad perfectam nostrę intelligentiæ diuersitatem accipimus: ut modo nos nuda pascat historia: modo sub testu litteræ uelata nos reficiat medullitus allegoria: modo ad altiora suspendat contemplatio anagogię in presentis uitę tenebris iam de lumine eternitatis intermicans.
Gregorius.
¶ Paucorum quippe est fortia & occulta cognoscere. multorum uero historiam aperte sentire.
Gregorius.

¶ Tanta est profunditas christianorum literarum: ut in eis quottidie proficerem: si eas solas ab ineunte etate: uel pueritia usq; ad decrepitam senectutē maximo ocio: meliore ingenio conarer addiscere. non q̄ ad ea quæ necessaria sunt tanta in eis pueniatur difficultate: sed cum quisq; fide tenuerit sine qua pie recteq; non uiuitur, tam multa: tam multiplicibus misteriorum umbraculis opacata intelligenda proficientibus restant: tanta q; in eis lucet altitudo sapientie: & amesissimis: acutissimis: fragrantissimis cupiditate discendi hoc congruat: q̄ eiusdem scripturę quodam loco habetur. cum consumauerit. homo tunc incipiet. Augusti. unde Gregori. Sacra eloquia uisiōi maris simillim a narrātur. quia in eis sunt magna uolumina sententiarum: & cumuli sensuū. unde Augusti. Quicquid homo extra sacram scripturam didicerit, si noxium ibi damnatur: si utilis ibi inuenitur. & cum ibi quis inuenerit omnia que utiliter alibi didicerit, multo abundatius ibi inueniet ea que nusq alibi. sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine & mirabili utilitate discuntur:

¶ Scriptura sacra quasi tibi potio temperata est. si eius amaritudo palatum tuum contristat, quid accusas me dicum: deus magnus medicus magnum suscepit ęgrotum: uniuersum genus humanum. huic languido: quia diuersi sunt mores: uarię ęgitudines, uarias in uerbo suo temperauit confectiones. quod nō prodest tibi, prodest alteri. neq; enim tuum tantummodo in scriptura sacra geritur negocium, omnium ē ibi salus reposita. si igitur

sentis te talem non esse qualem scriptura describit, gra-
tias age deo: qui a talibus te seruauit. aliis tamen adhuc
languentibus ne uelis subtrahi medicinam. omnia ergo
quæ in uolumine legis inuenis comede. secũdum in eze
chiele scriptum est. nil ducas spernendum nil estimes
abiiciendũ. hoc enim ꝙ sacra scriptura detestando nar
rat enormia, non solum non uituperari: uerum etiam ex
tolli meretur. Augusti. unde Grego. quamuis omnem
scientiam atq; doctrinam scriptura sacra absq; ulla cõ-
paratione transcendat: ut taceam ꝙ uera predicat: ꝙ ad
celestem patriam uocat: ꝙ a terrenis desideriis ad super
na amplectenda cor legentis immutat: ꝙ dictis obscu
rioribus exercet fortes: paruulis humili sermone blandi
tur. ꝙ nec sic clausa ut pauesci debeat: nec aperta ut uile
scat. ꝙ usu fastidium tollit: ꝙ legentis animum humili-
bus uerbis adiuuat: sublimibus sensibus leuat: ꝙ aliquo
modo cũ legentibus crescit: ꝙ a rudibus lectoribus sem
per quasi uetus recognoscitur: & tamen doctis semper
noua reperitur. ut ergo de rerum pondere taceam. scien
tias omnes atq; doctrinas ipsa locutionis suę more tran
scendit: quia uno eodem q; sermone dum narrat textum
prodit mysterium. & sic scit preterita dicere ut eo ipso
nouerit futura predicare. Grego. unde Aug. ꝙ sacra scri
ptura sic loquitur ut altitudine sua superbos irrideat: ꝓ
funditate attentos terreat: ueritate magnos pascat: affa
bilitate paruulos nutriat. unde Cassiodorus. in scriptu-
ris sanctis nimietas non arguitur sed magis importuni
tas crebra laudatur: & merito. quia quanto notitia de re

rum salutarium plus discitur: tanto amplius credẽtibus atq; operantibus eterna uita prestatur. preterita sine fal sitate describuntur. presentia prius quam uideantur ostẽ duntur. futura quasi perfecta narrantur ubiq; in eis ueri tas regnat. ubiq; diuina uirtus irradiat. ubiq; pandun tur humano generi profunda.

¶ Homo timens deum uoluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Augusti.

¶ Quis quis autem christo adhęret, totum bonum qd etiam literis legis uon intelligit, habet. quis quis autem est alienus a christo, nec intelligit nec habet. Augu.

¶ Quoniam non cognoui literaturam psalmus. unde Augusti. quid ergo tibi profuit litera quam non imples quare autem non imples? quia de te præsumis. quare nõ imples? quia negociator es. opera tua extollis. nescis ne cessariam esse gratiam adiuuantis: ut impleatur prece ptum iubentis. ecce iussit deus age quod iussit incipis a gere quasi ex uiribus tuis: & cadis & manet super te li tera puniens non saluans. Augusti.

¶ Scriptura quidem nõ precipit nisi caritatem. non cul pat nisi cupiditatem. & eo modo informat mores homi num. Augusti.

¶ Sacra scriptura si ad consolationem nostram parata est, tanto magis debemus legere quanto nos conspici mus sub tribulationũ fasce lassari. Greg. Idem: idcirco pictura in ecclesiis adhibetur: ut hi qui litteras nesciunt saltẽ in parietibus uidendo legant: quæ legere in codici bus non ualent. idem, quasi quędam fit lectio mentis

nostrę spiritus considerata natura. plerunqꝫ res quelibet per istoriam uirtus est. per significationem culpa.

Gregorius.

¶ Homo fide. spe: & caritate subnixus: eaqꝫ i concusse retinens non indiget scripturis nisi ad alios instruendos, itaqꝫ multi per hec tria in solitudine uiuunt.

Augustinus.

¶ Si iuxta apostolum paulum christus dei uirtus est: deiqꝫ sapientia: & qui nescit scripturas nescit dei uirtutē: eius qꝫ sapientiam, profecto ignorantia scripturarum christi est. deniqꝫ eruditio scripture sacrę tāte uirtutis ac sublimitatis esse perhibetur: ut homines beatos efficere possit. Hieronymus.

¶ Scriptura diuinitus omnis enim inspirata utilis est ad docendum: ad arguendum: ad corripiendum: ad erudiēdum in iustitia. ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Paulus. idem. Quæcūqꝫ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. unde Hieronymus. Scripturarum scientiam ama: & carnis uitia non amabis. ama scripturas sanctas: & amabit te sapientia. dilige eam & seruabit te. honora illam & amplexabitur te. hęc monilia in pectore & auribus tuis hæreant. Idem. scripturas diuinas sepius lege imo nunq̄ sacra lectio de manu tua deponatur.

Hieronymus.

¶ Non extimes te in eo placere deo si sermones idest scripturas illius legas, tunc enim scripturę prosunt legenti:

si quod legitur opere compleatur. Hieronymus.
¶ Paulum apostolum proferam: quotiensq; lego, uideo mihi non uerba audire sed tonitrua. & infra. uidentur quidem uerba simplicia & quasi innocens & rusticana & qui nec facere nec declinare nouerit insidias: sed quod cunq; respexeris flumina sunt. heret in causa. carpit omne quod tetigerit. tergum uertit ut superet. fugam dissimulat ut occidat. Hieronymus.
¶ Scripturas diuinas cum igitur leguntur solerter perpendite. quid ibi dictum sit ad excitãdum in uobis amorem dei. quid ad contentum seculi. quid ad cauendas insidias inimici: quid disciplinam in opere. quid humilitatem in cogitatione. quid obedientiam in præceptis. quid pacientiam habere in aduersis docet. Hugo.
¶ Omnis igitur scriptura nisi secundum ueritatem intelligatur, mortua est. Crisostomus.
¶ Quid mirabilius ĩtuemini sodales egregii q̃ dulcis sit sapor diuinarum scripturarum. desiderium ad celestia semper erigens: satietas sine fine. esuries gloriosa bonorum: quid enim in illis litteris suauitatis pariter & utilitatis non inuenietis? si intendatis in eis purissimo lumine ueritatis; modo si quidem caritatem dei & proximi monet: modo ut seculi peritura contemnas insinuat: modo ut illam patriam recorderis in qua es perpetuo mansurus infundit: pacientiam prędicat: humilitatem proficuam laudat: superbiam semper ruinosam accusat: modo elemosinas creberrime fieri persuadet. quot sunt ibi uerba tot pręmia. hęc cassiodorus: unde Dionisius

super illud ecclesiastices.xxiiii.hic est ortus plãtationis rigabo ortum plantatiõis mee & inebriabo partus mei fructum &c.unde Dionysius ad titum. scriptura sacra alimentum perfectum est eorum quæ aluntur.indigẽti adimplens:infirmum curans & reflorere faciens & re nouans. Bonum affectum donans.a tristitia liberans: & lętitiam largiens,hec ille.

SECVRITAS

SEcuritas mira est cordis aliena non quęrere: sed uniuscuiusquam dicti sufficientia contentũ manere. ex qua uidelicet securitate & pennis requies nascitur. quia a bona & tranquilla cogitatione ad gaudia eterna transitur. Gregorius.

¶ Nusquam est securitas in celo: nec in paradiso: mul to minus in mundo.in celo cecidit angelus sub presentia diuinitatis:in paradiso Adam de loco uoluptatis: in mundo iudas de scola saluatoris. Bernardus.

SENECTVS.

SEnectutem cum sibi homines optant, quid aliud optant nisi longam infirmitatem.
Augustinus.

¶ Quid enim stolidius põt fieri si mens ad perfectionẽ festinare non cõtẽdit? quãdo totius corporis habitus se nectute confectus properat.dum oculi caligant, aures

grauiter audiunt capilli fluunt. facies in pallorem muta tur. dentes lapsi numero minuuntur. cutis arescit. flatus non suauiter olet. pectus suffocatur. nasus cachinat. genua trepidant. talos & pedes tumor inflat. etiam homo interior: q nō senescit his omnibus aggrauatur. & hæc omnia ruituram iā iamq; casurā domum corporis prę nūciāt. quid ergo sup est nisi ut dum huius uitę defectus appropriat: nihil aliud cogitare: q̄ quomodo futurę uitę aditus propere compræhendatur. Augustinus.

¶ Satis multum temporis sparsimus. Incipiamus uasa in senectute colligere. In freto uiximus, moriamur in portu. Seneca.

¶ Quid enim iucundius senectute stipata studiis iuuentutis? quod qui sequitur corpore senex esse poterit: animo nunquam. Tullius.

SPIRITVS.

SPiritus tanto in deo solidior surgit: quanto pro illo quisque grauiora pertulerit. quia nequaquam retributiōis gaudium de eternitate colligitur. quod hic prius pia tribulatione geminatur. Gregorius.

Spiritus sancti donum unum quodcunq; diem spiritualem facit in mentem per suā illuminationē. in qualibet die conuiuium facit per suam dulcedinem. Intellectus per diem suum conuiuium facit & præparat. quia in eo quod audita penetrat reficiendo cor tenebras eius illustrat. sapientia in die suo cōuiuium facit. quia mēte eternorum spe & certitudine reficit. consilium in die suo con

uiuium exhibet: quia dum precipitem esse prohibet, ratione animum replet. fortitudo in die suo conuiuium facit: quia dum aduersa non metuit trepidanti menti cibos cum fiducia apponit. scientia in die suo conuiuium preparat. quia in uentre mentis ignorātie ieiunium separat. pietas in die suo conuiuium exhibet. quia cordis uiscera misericordie operibus replet. timor in die suo cōuiuium facit: quia dum premit mentem ne de presentibus superbiat, de futuro illam cibo spei confortat. Gre.

¶ Gustato spiritu desipit omnis caro. Gregorius.

¶ In igne apparuit spiritus sed per seipsum loquebatur interius: neq; ignis deus neque ille sonus fuit. sed p hoc quod exterius exhibuit quod intus gerebat expressit. Qui enim discipulos zelo succensos: & uerbo eruditos intus reddidit, foras linguas igneas ostendit: in significatione igne cum sonitu senserunt corpora. Igne uero uisibili & uoce sine sonitu docta sunt corda.

Gregorius.

¶ Spiritus dona in peccatore reperire non potest. nam sapientia per insipientiā deiicitur ut diuina non gustet. Intellectus per hebetudinem obscuratur: ut scripture ei sint in parabolas. non intra medullam penetrātes. consilium precipitatione periit: ut sine examinatione cuncta faciat. fortitudo per pusillanimitatem prosternitur: scientia per ignorantiam conculcatur: circa conuersationem cum personis non prudenter se habens nec sufficienter discernens uerum a falso circa mores & fidē.

Archidiaconus.

¶ Nam spiritus carnis suggerit mollia: spiritus autẽ mundi suggerit uana: spiritus uero malignus suggerit amara: ut rixas: iras & huiusmodi. si autem spiritus suggestio fit de corpore castigando: de corde humiliando: de seruanda uirtute: de exhibenda caritate, cum hæc in corde uersantur sine dubio spiritus diuinus est qui loquitur & suggerit hęc. Bonauentura.

SVBDITI.



SVbditorum corda cum superbia istigat, hec summopere agere nititur ut sua acta considerare funditus negligant & semper tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiant. Gregorius.

ℭ Auersa dicuntur quę reprobamus. quid ergo quod filii uerecunda patris superiectis dorso palliis auersi ueniendo operuerunt, nisi quia bonis subditis sic prępositorum suorum mala displicent: ut aliis nota occultent: opertimentum auersi deferunt: uenerantes magistrũ nolunt uidere quod tegunt. Gregorius.

ℭ Subditi si aliquid peccant: propter quod doctores a quiete surgere coguntur, non tantum pena peccati illius incurrunt: sed etiam ponuntur pro inquietudine doctoris. Glosa.

SVPERBIA.

SVperbie quatuor sunt species: quibus omnis tumor arrogantium demonstratur cum bona autẽ

a femetipſis habere ſe eſtimant: aut ſi datur deſuper cre dant, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis. aut certe cum ia-ctant ſe habere quod non habent. aut deſpectis ceteris ſingulariter urideri appetunt habere q̄ non habent.

¶ Rationem quippe de occulto eius iudicio querere, ni hil aliud eſt quam contra eius conſilium ſuperbire.

Gregorius.

¶ Viri feruentes ingenio ſepe dum congrua inueniunt, arroganter intumeſcunt. & q̄ perelationis uitium plerū q; contingit eiuſdem acutis ſenſibus: quibus hoſtes feri unt proſternuntur: dum in his quæ recte de deo ſentiūt, non dei ſed ſuam gloriam quærunt. Greg. idem. peruer ſi cum uera ſapiunt, recta quidem & rectis rationibus lo quuntur. non ut alios audientes doceant: ſed ut ipſi quā ta doctrina polleant innoteſcant. Grego.

¶ Neſcire ignorantia eſt: ſcire noluiſſe ſuperbia eſt. Gre gori. idem. latet plerūq; ſuperbia & caſtitas innoteſcit. Grego. idem. ſuperbia gignere uirtutes neſcit.

¶ Non expauit apoſtolus diuitias: ſed morbum eorum i. ſuperbiam que eſt uermis diuitum. grandis animus ē. qui inter diuitias iſto morbo non tentatur. magnus eſt qui non ideo magnum ſe putat quia diues eſt. qui autē ideo ſe magnum putat ſuperbus eſt. egenus eſt in carne turget. crepat in corde mendicat. inflatus eſt nō plenus.

Auguſtinus.

¶ Superba anima in conſpectu hominum uult placere humilis anima in occulto ubi deus uidet placere uult.

Auguſtinus.

¶ Non enim ad malum opus perueniretur: nisi precessisset mala uoluntas. porro malę uoluntatis initiũ quid potuit esse nisi superbia? initium. n. omnis peccati superbia est. quid est autem superbia, nisi peruersæ celsitudinis appetitus? Augu. idem cetera uitia tantum in malis factis ualent: superbia uero solum in recte factis cauenda est. cum enim quisq; bene profecerit, superbia tentatur: ut perdat totum profectum. Augu.

¶ Superbi quid? quasi fumus: & si alti sunt euanescunt. Augustinus.

¶ Inter superbos semper iurgia sunt. Prouer.

¶ Superbia in nobis existente omnis nostra uita immũda fit: ut si sobrietatem: uirginitatem: & si ieiunium: & si orationes: & si elemosynam: & si quodcunq; aliud pficiemus. Chrisosto.

¶ Redargutio quę mansuetos transfert in melius, superbis hoibus cõmuniter intolerabilis esse solet. Cirilus.

¶ Superbiã quidam sapiens describit dicens. oĩs superbus intolerabilis: habitu superfluus: in cessu pomposus ceruix erecta: facies torua: oculi truces: de loco superiori decertat: pręferre se melioribus affectat. sententias & uerba & facta iactat. reuerentiam in obsequio non obseruat.

¶ Gradus superbiæ secundũ. Bernardum sunt duodeci. scilicet curiositas. leuitas mentis. inepta lętitia. iactantia singularitas. arrogantia. presumptio. defensio peccatorũ simulata cõfessio. rebellio. libertas. peccandi cõsuetudo.

TEMPERANTIA.

Emperantia est refrenatio cupiditatis ab his quę temporaliter delectant. glosa. unde Aug. temperantia est in coercendis delectatiōibus prauis. idem. temperantia est amor dei se se integrum in corruptumq; seruans. unde macrobius. temperantia est nil appetere penitendū. in nullo modo rationis legē excedere. sub iugo rationis cupiditatem domare.

¶ Temperantia est que libidines frenat. desideria sancta multiplicat intra nos omnia confusa ordinat. ordinata corroborat mentem placida tranquilitate componit. & omni uitiorum tempestate defendit. Bona. idem. temperantie est ꝙ loquendi seniorum prestamus silentium: ꝙ ipsius ad loquendum prestolamur imperium: ꝙ non attolimus immoderatum in collocutionibus sonum ꝙ risu prorumpere non audemus in chachinum: ꝙ nulli detrahimus: nec detrahentibus aquiescimus.

¶ Temperantia purgatoria est omnia relinquere in quā tum natura patitur que corporis usum requirit. ut patet in Antonio & paulo primo heremita. Temperātia purgati animi est terrenas cupiditates nō reprimere: sed penitus obliuisci. i. non sentire. temperantia exemplaris est que in se ipsa perpetua intentione conuersa est: & hęc est sola diuina. Bonauen.

¶ Gaudeat qui potest parce uiuere. parca. n. uita occidit uitia. libidinem extinguit uirtutem nutrit: & mentem roborat: & ad celestia eleuat. Hugo.

¶ Temperātia est in rōnē in libidinē: atq; in alios nō rectos ipetus animi firma & moderata dn̄atio. eius partes

continentia: modestia: & clementia. Tullius.

¶ Dicit quod socrates temperatissimus extitit: & unica refectione serotina contentabatur: sciens paucis minimis quam naturam contentari: nihilque uir iste congruentius arbitrans sobrietate: qua corporis ac mentis prosperitas roboratur.

TEMPTATIO.



Emptationem non ut iniquam timere debemus. est enim causa uictorie triumphorum. Ambrosius. unde Chrisosto. in primis grauis & insuperabilis est diaboli impetus. quod si quis forti animo sustinuerit eum, statim inueniet infirmiorem. quanto. n. plus repercussus fuerit. tanto magis tepescit & deficit. idem qui murmurat de periculo temptationis: murmurat de premio probationis. in nullo enim negocio potest requies inueniri: nisi precesserit labor. quanto in spiritualibus rebus nisi precesserit temptatio non potest esse probatio. Chrisosto.

¶ Tria precipue docemur tela esse diaboli: quibus ad conuersandam mentem hominis consueuit armari. gule unum: aliud iactantie: tertium ambitionis. Ambro.

¶ Temptationes nec timere debemus aut dubitare in eis: quia quos diligit sepe castigat. & multe tribulationes non quoruncunque sed iustorum: ut cum probati fuerint coronam uite accipiant. quia omnes qui uolunt pie uiuere in christo persecutionem patiuntur. Pau.

¶ Omne gaudium extimate fratres cum in tẽptatiões uarias incideritis Iacobus.

¶ Sepe conuersi in ipso aditu conuersionis tranquillita tem carnis: dona philosophiæ: predicamenta doctrine: signorum miracula: uel gratiam curationum accipiunt postea duris temptationum probationibus fatigantur: a quibus liberos se esse credebant. quia si in principio tẽ tationum amaritudo pulsaret, facile ad uitia redirent. a quibus non longe recesserunt. de egypto ergo exeuntes e uicino bella subtrahuntur. quia relinquentibus seculũ quedam prius tranquillitas ostenditur. ne in ipsa teneri tudine & incoatione turbati adhoc q̃ reliquerant rede ant. prius ergo suauitatem securitatis sentiunt: prius pa uoris quiete nutriuntur. post cognitam uero dulcedinẽ tanto tolerabilius tentationũ certamina sustinent: quan to in deo altius cognouerunt que amet. Grego.

¶ Quia solerti cura custodiri se debens animus debet ne cum se intus tẽptatio stimulat: in uerbis foras illicite locutionis erũpat ne de probatione murmuret: & ignis qui hanc uelut aurum concremat: per excessum sermo nis illiciti in fauillam paleç uertat. Gregorius.

¶ Ex uerbis autem male persuadentis coniugis uigilan ter debemus aspicere: q̃ antiquus non solum per semet ipsum: sed per eos etiam qui nobis adherent statum sata git nostre mentis inclinare. Gregorius.

¶ Exauditur diabolus petens Iob tẽptandum: & non exauditur apostolus petens stimulum carnis amouen dum. exaudiuit deus que disposuerat damnare: & non

exaudiuit quem uolebat saluare. nã & æger petit uinũ a medico & non dat medicus autem non exaudit ad uoluntatem ut exaudiat ad salutem. Augusti.
¶ Non ergo timeat unusquisq; uestrum calidos insectatores aucupis uerborũ. dimuneratores pene syllabarũ & preuaricatores preceptorum: quid inte arguat attendit. ut credat per te christum non attendit. August.
¶ Sic autem mouentur quidam q deus adam temptari permiserit quasi si uideant omnes diaboli insidiis quottidie tentari q deus permittit forte quia probatur & exercetur uirtus & est gloriosius non consensisse: quã temptari non potuisse cum etiã consentientes prebeant exẽplum iustis cupiditatem deuitandi & tumorem superbiendi. frustra ergo dicitur non crearet deus quos presciebat malos futuros. sciebat enim bonis profuturos & iuste pro mala uoluntate puniendos. Dicit aliquis si deus uellet & iste boni essent: sed melius uoluit ut q uellent essent: sed boni non infructuose mali autem impune nõ essent. & eo ipso utiles essent. sed presciebat q eorum futura esset mala uoluntas. presciebat sane quia & falli nõ potest eius prescientia. non ideo ipsius sed illorũ est cur ergo creauit quos tales futuros esse presciebat? quia preuidit quid boni de malis eorum esset facturus sic enim fecit eos ut relinqueret eis unde aliquid facerent si culpabiliter aliquid facerent illum de se laudabiliter operantem inuenirent. a se habent uoluntatem malam. ab illo naturam bonam. & iustam penam. & sibi debitum locum. alii exercitationis adminiculum & timoris exem-

plum posset inquiunt uoluntatem eorum uertere in bo
num. quia omnipotens posset. cur non fecit? quia nolũt
cur nolunt? ipse nouit non debemus plus sapere quam
oportet. puto autem non parui boni esse rationalẽ crea
turam que malorum comparatiõe cauet malum. quod
genus bone creature non esset si deus omnes uolũtates
in bonum uerteret. & nulli iniquitati penam infligeret
& esset solum genus q̃ nulla peccati & supplicii compa
ratione proficeret: prouidet bonos & malos futuros &
creat se ipsum ad fruendum: prestans bonis: multa etiã
largiens malis. Augusti.

¶ Qui habet fortem tutorem non habet timere debilẽ
persecutorem. Augusti.

¶ Artis medicine: aliquotiens ignibus & ferro curare.
quid mirum si dominus nostratum medicus animarũ
turbinibus excutiat, morbis examinet, calamitatibus
purget. fortitudinis est nostre quasi per ignes & flãmas
uasorum more purgati. non parcit medicus ut parcat.
seuit ut misereatur. Hierony.

¶ Quidam frater requisiuit a sene dicens. abbas cur a de
monibus grauiter impugnamur. respondens senex dixit
quia arma nostra proiicimus a nobis. i. patientiam hu-
militatem: mansuetudinem: atq; obedientiam. in uitis
patrum.

¶ Quot quot de ginius in regione umbrę mortis. in ĩfir
mitate corporis. ĩ loco temptatiõis. si diligenter aduerti
mus triplici ĩ cõmodo hic miserabil͛r laboram9. nã et fa
ciles sum9 ad seducẽdũ. & debiles ad opandũ. & fragiles

ad resistendum. si dicernere uolumus inter bonum & malum decipimur: si temptamus facere bonum deficimus: si conamur resistere malo deiicimur: & superamur. Nec mirum quia ut dicit Iob.iiii. non est potestas super terram: quę possit ei comparari scilicet aduersarii nostri. Bernardus.

¶ Triplex libido necesse est ut radicetur.s.libido principandi libido delectandi & libido possidendi. qa hec triplex libido inducit diabolum in animam. Bonauen.

¶ Malo consilio uincunt feminę uiros.mulier est hominis confusio insaturabilis bestia.solicitudo continua: indesinens pugna: quottidianum damnum: castitatis impedimentum.domus tempestatis.adulterii uas.ueri & continentie naufragium: pręcipuum pręlium: animal pessimum. pondus grauissimum: aspis insatiabilis: humanum mancipium. Aristoteles.

VERITAS.



Eritatis cognitio quid est? primo cognosce te ipsum & quod esse debes studeas. quod autem corrigendum est corrigas.deinde cognoscere & amare creatorem tuum.hoc ẽ totũ hominis bonũ.uide ergo q̃ ineffabilis est diuinæ caritatis erga nos dilectio:de nihilo nos creauit: & quicquid habemus donauit: sed quia plus diliximus datũ q̃ datorem:creaturam q̃ creatorem, cecidimus in laqueum diaboli: & facti sumus eius serui.deus uero misericordia motus misit

filium suum: qui redimeret seruos: misit etiam spiritum sanctum: quo seruos adoptaret in filios: filium dedit in precium redemptionis: spiritumsanctum in priuilegiũ amoris: se deniq; totũ seruat hereditatẽ adoptiõis. Aug.
¶ Veritates prędicantes gratiã non habent apud hoies Ambrosius. unde Terentius: ueritas odium parit.
¶ Semper discentes & ad ueritatis scientiam nunquam peruenientes. Pau.
¶ Cognitio ueritatis hec habetur per legem: exercitatio uirtutis hec habetur per gratiam: quia uirtus est bonę qualitas mẽtis. Bona. Idem. Intelligentia nostra ad ueritatem conuersa uerificatur. Idem. ueritas non est occultanda: nam qui tacet ueritatem nescientibus mentitur: & qui mendaciis consentit similiter facit.

VIRTVS ET VITIVM.


Irtus est habitus mentis bene compositę. cõponendi & instituendi atq; ornandi sunt dicti affectus ad id quod debent & quomodo debent: ut in uirtute proficere possint. alioquin in uitia facile decident. Augustinus.
¶ Proinde uirtutes quas sibi habere uidetur: per quos imperat corpori & uitiis ad quodlibet adipiscẽdum uel tenendum retulerit nisi ad deum: etiam ipsa uitia sunt: potiusquam uirtutes. nam licet a quibusdam tunc uere & honeste putentur esse uirtutes cum ad seipsas referuntur: nec propter aliud expetuntur: tunc etiam inflate

sunt & ideo non uirtutes sed uitia iudicanda sunt.

Augustinus.

¶ Non esset laudabile bene uiuere non esset qui male uiuere suaderet. Augustinus.

¶ Parum itaq; est ut quod in te est bonum agnoscas ꝙ adeo sit: nisi etiam inde te extollas super illum: qui dū non habet: qui fortasse cum acceperit transiet te. quando enim erat Saulus Stefani lapidator: q̄ multi erāt christiani: quorum erat persecutor: tamen quando conuersus est: omnes qui se pręcesserant, superauit: ergo dic deo ꝙ audis ipsos. In te domine speraui nō cōfundat in eternum: in iustitia tua nō in mea libera me & erue me.

Augustinus.

¶ Quod malorum iniquis a domino irrogatur, non pena criminis sed examen uirtutis. proinde bonus etiam si seruiat liber est. malus autem etiam si regnat seruus est: nec unius hominis sed quod est grauius dominorū quot uitiorum. Augustinus.

¶ Sunt quædā refugia in quibus nō est uirtus: quo qsq; cum fugerit magis infirmatur q̄ confirmetur: non est refugium nostrū tale: sed refugium nostrum uirtus est: cum illuc confugierimus firmi erimus. Augustinus.

¶ Semper tibi displiceas quod es si uis peruenire ad id quod nondum es. nam ubi tibi placuisti ibi terminasti. si autem dixeris sufficit peristi. semper adde semp ambula semper profice: noli in uia deficere. noli retro ire. noli deuiare: remanet enim qui non proficit. retro redit qui ad ea reuoluitur unde iam recesserat deuiat qui apo

statat. Augustin.
¶ Absit q sit tāta delectatio in uitiis quāta ī uirtutibus.
¶ Improuidus miles ē q se fortē in pace gloriatur. Gre.
¶ Agitur ut ante iusti iudicis oculos fouea mētis sit me moria uirtutis: qui reminiscendo q gessit dum se apud se erigit q apud humilitatis auctorem cadit. Gregor.
¶ Bonum & rectum ē omne quod agimus: si nec memoriam obliuio decipiat: nec error intellectum excecat ne iniquitas uoluntatem subuertat: ab his est omne q agimus. Gregorius.
¶ De luxuria cecitas mentis: in consideratio: in constātia: præcipitatio amor sui: odium dei: affectus presentis seculi: horror uel despatio futuri generatur. Grego.
¶ Dum uirtutes metū cum letitia pariunt: quandam etiam securitatem gignunt. Gregorius.
¶ Omnes uirtutes in conspectu conditoris uicaria ope se subleuāt ut quia una uirtus sine alia uel nulla ē oīno uel minima, uicissim sua cōiunctione fulciūtur. Greg.
¶ Per timorē dei efficimur humiles: per pietatis studiū misericordes: per scientiam discreti: per cōsiliū: cautis p intellectum prouidi: per sapientiam maturi. Grego.
¶ Vite namq uere estimatio in uirtute est operum: nō in ostentatione signorū. nā sunt pleriq q & signa nō faciunt signa tamen facientibus dispares non sunt. Greg.
Idem uirtutes in intima intentione subsistunt.
¶ De tristitia uel accidia nascitur malicia: rancor. pusillanimitas. desperatio. torpor circa pręcepta. uagatio mētis. Gregor. unde Isido, tepidus in conuersatione ociosa

uerba & uanas cogitationes noxias esse non conspicit. quod si a tepore mentis euigilauerit ea que prius leuia estimabat confestim quasi horrenda atq; atrocia pertimescet.

¶ Sepe praui dum suę uitium tortitudinis ignorant, audenter aliorum rectitudinem lacerant. cunq; contra bonos sibi auctoritatem increpationis arripiunt: aut ea bona proferunt quæ non uidendo sed audiendo didicerũt: aut ea mala aliis mentientes ingerunt: que ipsi commiserunt. Gregorius.

¶ Sunt namq; uirtutes quæ semper obnixe tenēdæ sunt & sunt quæ tempore & loco prouida sunt discretiōe mutandę. quis enim nesciat uiscera misericordie benignitatem. humilitatem. patientiam. modestiam. castitatem. fidem. spem. caritatem & his similia sine ulla temporũ intercapedine esse seruanda. at uero famem. sitim. uigilias. unditatem. lectionem. psalmodiam. orationem. laborem operandi. doctrinam. silentium &c. huiusmodi. si quis semper exequenda putauerit, non modo se horũ fructu priuabit: sed & notam indiscretę obstinationis incurrit. Beda.

¶ Abbas moyses dixit. ꝙ ieiunia. uigiliæ. meditatio scripturarum. nuditas ac priuatio omnium facultatum nō perfectio: sed perfectionis instrumenta sunt. quia non in ipsis consistit disciplinæ illius finis: sed per ipsa peruenitur ad finem cum prius promisisset ꝙ ad perfectionem caritatis illis gradibus conscendere nitimur.

¶ Qui doctores celestibus intentos inquietare presumit

etiam uirtutes quas credebat se habere perdit. Glosa.
¶Spes est uirtus qua quis se ad illud quod credit p uen turum presumat Augu. unde magister. sperare aliquem sine meritis, non spes sed presumptio dici potest. idem. spes est uirtus qua spiritualia & eterna bona sperantur.
¶Sobrius esto in uictu. modestus in uestitu. prou dus i uerbis. honestus in moribus. maturus in consilio. fortis in aduersis. humilis in opprobriis. humilis in prosperis. gratus in beneficiis. hilaris in despectibus. patiens in do loribus. descretus in omnibus agendis. Bernar.
¶Sunt enim quatuor uirtutes morales quae dicuntur cardinales quia ut hostium uertitur in cardinibus: sic ui ta humana uertitur & regitur in his uirtutibus. quae sunt prudentia: que rectificat rationalem. fortitudo rectificat irascibilem. temperantia rectificat concupiscibilem. iu stitia rectificat omnes uires. quia comprehendit totius anime rectitudinem cum ipsa rectitudo dicatur uolun tas. Bonauentura. unde Augustinus. dicit q prudentia necessaria est in eligendis. fortitudo in tolerandis. tem perantia in utendis. iustitia in distribuendis.
¶Quam pulcri sunt ingressus tui in calcaneo tuo filia principis. unde Origenes. si in operibus humanis que agis laudem humanam uitas: si sobrie exultas: si primo te corripias: si aliis benignitatem exhibeas: si patienti am in aduersis ostendas, hec sunt signa exteriora. Ori genes.
¶Quomodo quattuor quibus pugnamus & tegimur sunt scuta uirtutum scilicet prudentia, iustitia, temperã

ita:fortitudo ita e cõtrario quattuor uitia sunt. stultitia iniquitas : luxuria : formido : quibus ab hoste percutimur. Origenes.
¶ Turpe namq; est alienis ornare decoribus quem uirtus propria non uenustat. Basilius. Bonum enim fert se cum dulcedinem in gestu gaudium in corde.
¶ Crates ille thebanus : quondam ditissimus cum ad philosophandum athenas per geret, magnum auri põdus abiecit: nec putauit se uirtutem posse simul & diuitias possidere. Hieronymus.
¶ Virtus indiscreta pro uitio reputatur. Isidorus. Idem furti tenentur qui solo timore non furantur.
¶ Is enim uiuit qui aliis prodest & se utitur. quoniã nil eo turpius qui nullum habet argumentũ quo se diu uixisse probet : propter annos quibus non uixit sed uentris obediens uitam amisit : non enim refert quamdiu aliquis uiuat sed q̃ bene: laboribus equidem qui generosos animos a natura bene institutos nutriant; & uigiliis pepercit. Tullius.
¶ Nam quid est tam inhumanum quam eloquentia a natura ad salutem hominum: ad conseruationem datam ad bonorum pestem pernitiemq; conuertere?
Tullius.
¶ Stultitiæ propositum ẽ aliorum uitia cernere : & suorum obliuisci. Tullius.
¶ Virtus nulli pręclusa est: omnibus patet: omnes inuitat: omnes admittit : non eligit parentelam: non eligit domum: non censum: nudo homine contenta est. Sen.

¶ Nota quod omnis uirtus superfluitate corrumpitur: cum uirtus cōstat in medio: est enim uirtus habitus electiuus in medietate consistens recta ratione determinatus: ideo omnis superfluitas tam uitiosa uitanda est.

Seneca.

¶ Virtus animi in uita & in operibus decernitur: Aristotiles, idem uirtus est circa bonum & difficile.

VITA HVMANA.



Ita inquā mea uita fragilis. uita caduca. uita in quāto magis crescit tāto magis decrescit: quāto magis ꝓcedit tanto magis ad mortē accedit: uita fallax & umbratica: plēa laqueis mortis. nūc gaudeo: statim tristor: nūc uigilo: iam īfirmor: nūc uiuo: statī morior: nūc felix appareo: sp miser: nūc rideo iā fleo: sic oīa mutabilitati suæ iacent. ut nihil una hora in uno statu permaneat: hinc timor: hinc fames: hinc sitis: hinc calor: hinc frigus: hinc calor. hinc languor inde dolor exuberat. sequitur importuna mors: quæ mille modis quottidie miseros homines inopinate rapit. hūc necat febribus: Illum opprimit doloribus: hunc consumit fame. illum siti extinguit. hunc suffocat aquis. Illū interimit laqueo. Illum perimit flammis: alium dentibus bestiarum ferocium deuorat: hunc trucidat ferro: illum ueneno corrumpit. alterum tanto repentino terrore miseram uitam finire compellit. & super hec omnia magna miseria cum nihil sit certius morte, Ignorat

homo finem suum: & cum stare putat, colliditur & pe rit spes eius. nescit enim homo quando uel ubi uel quo modo moriatur: & tamen certum est q̄ eum mori opor teat. Ecce domine q̄ magna miseria hominis in qua sum nec timeo q̄ grandis calamitas quam patior: nec doleo & ad te non clamo: clamabo dn̄e anteq̄ transeam: sed in te maneam: dicam ergo dicam miseriam meam con fiteor ne erubescam ante te uilitatē meā. adiuua fortitu dinem meam qua subleuer succurre uirtus per quā gau deo: appare uita per q̄ uiuā o domine deus meus. Aug.
¶ Vita ista uia est. simul ambulatis. sed forte dices. ego diues. ille pauper simul ambulatis an non? quid est qd dicis ego diues. ille pauper. nisi ego oneratus: ille leuis. ego diues. ille pauper. sarcinam tuam commemoras. pō dus tuum laudas. & grauius est. construxisti ad te sarci nam tuam. ideo non potes porrigere manum. onera te. liga te. quid te iactas? quid te laudas? solue uincula tua minue sarcinam tuam da comiti & illum aduiuas & te releuas. Augustinus.
¶ Vita in hac positi frates ita agite: ut cum hinc migra ueritis: & caro uestra a uermibus ceperit deuorari in se pulcro, anima ornata bonis operibus cum sanctis om nibus letetur in celis: retrahat uos a malis operibus uel peccatis. interitus quos permisistis attendite. calamita tes cōsiderate. diuitum sepulcra uel eorum qui ante pau ca tempora uobiscum erant, quid sunt uel quid fuerunt? uel quid eis diuitie uel cupiditates seculi profuerunt? Ec ce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt. qui si modo

loqui possent, hęc uobis dicerent. ut quid infelices tantum pro uanitate seculi discurritis? ut quid uos criminibus & uitiis repletis: considerate ossa nostra. uel sic uobis horreat cupiditas & miseria uestra. quod uos estis nos fuimus. & quod nos sumus uos eritis. Itaq; omnes fratres carissimi solicita consideratione pensate: & hec cōsiderantes ex pauescite: diem mortis ante oculos semper ponite. ad emendationem quantum potestis festinate. Augustinus.

¶ Qui laudat stultum facit eum currere multum. Aug.

¶ Inter temporalia namq; & eterna hoc interest: q; temporale plus diligitur anteq̄ habeatur: uilescit autem cū aduenerit: non enim saciat animam: cui uera: & certa ē sedes eternitas. Augustinus.

¶ Tedet eni me domine uite huius ualde. & istius crū nosæ peregrinationis uitę. hec uita misera. uita caduca. uita incerta. uita laboriosa. uita immunda. uita domina malorum. Regina superborum. plena miseriis & erroribus. quę non est uita dicenda sed mors. Inqua momentis singulis morimur. per uarios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortium. nunquid ergo hoc q; uiuimus in hoc mūdo dicere possimus uitam? quam humores tumidant. dolores extenuant. & ardores ex siccant aeres morbidant. escę inflant. Ieiunia macerant. Ioci de soluunt. tristitię consumunt. solicitudo coartat: securitas hębetat. diuitiæ inflāt & iactant. paupertas deiicit. Iuuentus extollit: senectus incuruat infirmitas frangit: meror deprimit. Augustinus.

¶ O uita presens q̃ multos decipis: quæ dum fugis nihil es. dum uideris umbra es. dũ exaltaris fumus es. dulcis es stultis amara sapientibus. qui te amant non te cognoscunt qui te fugiunt ipsi te intelligũt. aliis te promittis longam ut decipias. aliis breuem: ut in desperationẽ inducas. iugi meditatione animum nostrum exerceamus: & miserias nostras consideremus. cum dolore uitam istam intrauimus. cum labore uiuimus. cum timore exituri sumus. Greg. unde Bernar. est uita secura ubi conscientia pura ubi mors sine formidine expectatur: cũ dulcedine adesse optatur cum deuotione acceptatur.

¶ Nostrum uiuere nihil aliud est q̃ ad mortem transire. cur temporalia diligũtur: quę tam incerto tempore possidentur? cur tanto tempore uitam istam desideramus: in qua quanto amplius uiuimus: tanto plus peccamus? quanto uita longior: tanto culpa numerosior? quottidie namq; crescunt mala & subtrahuntur bona. Quis enim considerare ualeat, quanta mala per momenta temporum perpetramus: & quanta bona negligimus? grauis siquidem culpa est: cum nec bona facimus nec bona cogitamus. sed mentem per inania & inutilia uagari permittimus. Augustinus. unde Greg. carnales mentes idcirco temporalia diligunt: quia uita carnis q̃ fugitiua sit minime perpendunt. Nam si uelocitatem trãsitus eius aspicerent, hanc etiam prosperitatem modice duraturã minime amarent. idem. uita mea nauiganti similis est. siue dormiam: siue uigilem semper uado festinus ad mortem. Gregorius.

¶Temporalis uita eternę uitę comparata mors est potius dicēda quam uita. ipse enim quottidianus defectus corruptionis quid est aliud q̄ quędā prolixitas mortis. ergo sancti uiri quia huius uitæ breuitatem indesinenter aspiciunt: quasi quottidie morientes uiuunt. & ideo se non mansuros solicitius preparant: quia hæc omnia nihil esse ex fine semper pensant. Grego.

¶Et quia si sola nobis sunt prospera, soluimur: ad uirtutem uero melius per aduersa solidamur. aduersa uero cū nos exterius deprimunt: interius cautiores reddūt. quia mens nostra ad conseruanda profunda dona quę acceperit, ipsis aduersitatibus munitur.

Gregorius.

¶Viuere hoc ipsum nostrum quottidie a uita transire est quia dum infantia ad pueritiam: puericia ad adolescentiam: adolescentia ad iuuentutem: iuuentus ad senectutem: senectus transit ad mortem, in cursu uitę presentis ipsis suis augmentis ad detrimentum impellitur. Greg.

¶Quid enim in hac uita laboriosius quam terrenis desideriis estuare? aut quid hoc quietius quam huius seculi nihil appetere. Gregori.

¶Hęc uita impiis breuis & grata est. in oculis aūt iustorum amara & longa. Isido.

VOLVNTAS.



Oluntas est instrumentum seipsum mouens & alia instrumenta quibus sponte utimur: & quę sunt in nobis ut manum: linguam:

uisum & cetera huiusmodi: & quę sunt extra nos. ut sti lum securim & cetera huiusmodi: & facit omnes uolun tarios motus. ipsa uero se suis affectionibus mouet in fi nem desideratum: & ideo sola uoluntas eiicit actum in tentionis proprie dicte & principaliter. sed a ratione sine intellectu dirigente siue distante. Anselmus. unde Gre gorius. sicut lucerna corporis est oculus carnalis lucens toti corpori: ita per radium intentionis & uoluntatis il lustrantur itinerationes.

¶ Voluntas bona est: qua appetimus recte honeste q; uiuere & ad summam sapientiam peruenire. Augustin: idem. uoluntas est rationalis motus sensui presidens: & appetitui. Augustinus. idem. uoluntas est qua & pecca tur: & recte uiuitur.

¶ In corde est duplex lepra scilicet propria uoluntas & proprium consilium. & lepra utraq; nimis est pessima. quid enim odit deus aut quid punit preter propriam uo luntatem? cesset propria uoluntas & infernum non erit grande malum est propria uoluntas qua fit ut bona tua tua non sint.

Bernardus.

¶ Voluntatem propriam dico: que non est communis cum deo & hominibus. sed nostra tantum. quandoq; uo luntas non ad honorem dei non ad utilitatem fratrum & proximi sed propter nos ipsos facimus nõ intendẽtes placere deo: & ꝓdesse fratribus uel proxĩo sed satisfacere propriis motibus aĩarum: tunc ꝓpria uoluntas mala est Bernardus. idem: & que maior superbia quam ut unus

homo totius congregationis iudicio. iudicium suũ pre-
ferat.tamq̃ si ipse solus habeat spiritum dei. eant autem
qui se faciunt religiosiores aliis: qui non sunt sicut ceteri
hominum.ecce arioli: & idolatrę facti sunt ecce consi
lia propria. Bernardus.
¶ Voluntas dei est quam christus fecit & docuit.humi
litas in conuersatione.stabilitas in fide.in uerbis mode
stia.in factis iustitia.in operibus misericordia.i moribus
disciplina.iniuriam facere non noscere.& illatam tolera
re posse.pacem cum omnibus tenere. crucifixo fortiter
assistere.caritati eius inseparabiliter adhærere. Christo
nihil preponere: quia nec ille nobis nihil preposuit. Ces
sarius.
¶ Nemo autem inuitus bene facit:& si bonum est quod
facit. Augustinus.
¶ Voluntas nulli debuit esse subiecta nisi deo . nec ta-
men hęc coacte sed sponte ut possit ei ad meritum repu
tare. Bonauen.
¶ Non satis est bene uelle: nisi studeas etiam beneface
re.neq; satis est benefacere:nisi id ex bona fronte proce
dat:hoc est ex bona uoluntate proficiscatur.lxxxvi. di.

VOLVPTAS.


Oluptas plus occidit quam gladius.Seneca.
idem.uoluptates inter uilissimas precipue ex
tirpa : quæ more latronum adhuc nos am-
plectuntur: ut iugulent.ipsa in prosperis custodit. ubi

maius periculum est. Seneca.

¶ In uoluptate sunt semitæ gressuum eorum. Iob . unde Grego. reprobi recta quidem deliberando appetũt: sed ad consueta semper mala recurrunt. & infra. bona quidem cupiunt: sed a malis nunquam recedunt. esse quidẽ humiles sed sine despectu. esse contenti propriis: sed sine necessitate: esse pauperes uolunt sed sine defectu. esse casti sed sine maceratione corporis. esse patientes sed sine contumeliis uolunt. cunq; adipisci quęrunt uirtutes sed labores uirtutum fugiunt, quid aliud quam belli certamina in campo nesciunt: & triumphare in uerbis de bello concupiscunt. Gregori.

¶ Hiis qui in delitiis & luxuria ducunt uitam: resoluta quidem sunt corpora & omni cera molliora circunferũt atq; prope modum exanima. quędam infirmitate repleta quibus ad cumulum malorum podagra: tremor: & immatura senectus accidit. est eis uita semper in medicis & medicamentis sensus autem ipsi tardi: graues: & obtusi: & quodammodo iam sepulti. nec umq̃ aliquid iucunditatis habent. Grego.

¶ Nihil enim eorum que secundum uoluptatem in uita quæruntur faciat inquirentes. solum autem uirtutis studium subsequitur premium: quod indeficiens gaudium inserit animę. Gregori.

¶ Omnes enim qui uel illicita appetunt: uel in hoc mũdo uideri aliquid uolunt, densis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur.

Gregorius,

¶ Si usq; in hodiernum diem in honoribus & uolupta tibus uixisses, quid totum tibi profuisset si iam i instanti mori contingeret. Gregori.

¶ Pene semper epulas comitatur uoluptas. nã dum cor pus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur: Gregorius.

¶ Ne quadam lubrica in cogitatione uersemur, prouidendum nobis est. quod intueri non debet, non licet cõ cupisci. Grego. unde Augu. resisto seditionibus occulto rum meorum: ne implicentur pedes affectus mei quibus ingredior uiam tuam deus meus. & erigo ad te inui sibiles oculos meos: ut tu euellas de laqueo pedes meos unde Seneca. qui deponere uult desideria rerum omniũ quarũ cupiditate flagrauerit, & oculos & aures ab his que relinquit auertat.

¶ Quid quid peccatorum in dictis. in factis. in cogitatio nibus, est non oriuntur nisi ex mala cupiditate. non imputantur nisi ex illicita delectatione. huic igitur illicite delectationi, si resistamus non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Augu. unde Isido. cogitationes il licitas ingerere, demonum est. cogitationibus oblectari peruersis, nostrum est.

¶ Siquis estimat abundantia ciborum atq; potuũ se per frui & uacare se posse sapiẽtie: hoc est uersari inter deliti as: & delitiarũ uitiis non teneri, se decipit. Hiero.

¶ Neq; enim animo soli sed etiã ipsi corpori delitie sunt nociue. eo quod corpus ex forti fit debile. ex agili graue ex formoso deforme. ex sano ægrotum. ex uiuo

mortuum. Crisostomus.
¶ Sensualitas cum uincit rationem, tunc homo est in malo statu regiminis & efficitur bestialis. unde Albertus super. iii. de aïa. turpe ē nobis abiicere regimen superioris: & induere regimē inferioris uirtutis quod nobis mune est cum bestiis.
¶ Voluptates corporales sunt communes nobis & brutis: unde Seneca ubi enim passiones dominantur ibi intellectus obscuratur.
¶ Prima creatura pertinet ad sitim: secunda ad hilaritatem: tertia ad uoluptatem: quarta ad insaniam. hec asclpiades.
¶ Non inquit iucunda res aqua & pulmenti: aut frustrū ordeacii panis. sed summa uoluptas est ex his posse capere uoluptatem. Seneca.

CHRISTI CORPVS.


Hristi corpus nota quod uoluntate fuit mortale & passibile: naturaliter nec mortale nec passibile. Et immorrale datum fuit discipulis & si tunc mortale esset. si mortalibus manibus se immortalem ferebat. cum in transfiguratione quid tunc & postea mortalis fuit se in gloria immortalitatis & impassibilitatis Petro & Iacobo & Iohanni ostendit.
Augustinus.
¶ Consumentur nequitia peccatorum psalmo septimo unde Augustinus uidetur enim consumata nequitia hominum: qui crucifixerunt filium dei sed eorum maior ē:

qui noluerunt recte uiuere: & oderunt præcepta ueritatis pro quibus crucifixus est filius dei. Augustinus.

¶ Christus quando manducatur: uita manducatur: sed quis audeat manducare dominum suum. & tamen ipse inuitans nos ad manducandum ait. qui manducat me uiuet propter me nec occiditur Christus ut măducetur sed mortuus uiuificat. quoniam manducatur. reficit nō deficit. uiuit manducatus: quia surrexit occisus. nec cū manducamus partem de illo facimus. equidem in sacramento sic fit. norunt fideles quemadmodum manducauerunt Christum. unusquisq; accipit partem suam: unde & ipsa gratia partes uocatur. per partes măducatur: & manet integer totus in celo. nam & integer totus in corde tuo. totus enim erat apud patrem: quando uenit in uirgine. Impleuit eam nec recessit ab illo. uenit in carnem ut cum hominibus manducaret: & manebat apud patrem integer: ut angelos pasceret.

Augustinus.

¶ Christus omnia est nobis. si uulnus curare desideras, medicus est. si febribus estuas, fons est. si grauaris iniquitate, iustitia est. si auxilio indiges, uirtus est. si mortem times, uita est. si celum desideras, uia ē. si tenebras fugis, lux est. si cibum quæris, alimentum est. gustate igitur & uidete quoniam deus suauis est.

Augustinus.

¶ Hostia olim occidebatur ut homines causa peccati subiecti mortē ostenderetur. nunc quia a peccato liberi uiua hostia offerrur in signum uitæ æternę. Augu.

In similitudinem hominū factus. Pau. ad philippēses secundo. unde Aug. uidemus ergo Christū Iesum & hominē. & factorē rerū. & factū in rebus: & creatorē hoīs: & creatū hoīem. Deus Christus equalis ē patri. tantus ē quantus ille: talis est qualis ille. hoc est quod ille. non hic est qui ille: quia ille pater. hic filius. sed hoc est quod ille: quia est deus & ille. Ille omnipotens & ille. Ille immutabilis & ille. Ideo non rapina erit ęqualis deo: quia natura erat sicut est natus. Ita & semper natus. Ita semper ęqualis. Augustinus.

O mirabilis censure conditio & ineffabilis misterii dispositio. peccat iniquus: & punitur iustus. delinquit reus: & uapulat innocens: offendit impius: & dānatur pius. quod meretur malus: patitur bonus. quod perpetrat seruus: exoluit dominus. quod committit homo: sustinet deus. Augu. Idē. omnis creatura moriente xp̄o cō patitur: sol obscuratur. terra mouetur. petrę scinduntur. uelū templi diuiditur. sepulchra aperiūtur. sed solus miser homo nō cōpatitur: pro quo solo xp̄s patitur. Aug.

Qui pręter uiam currit, Inaniter currit. Imo ad laborem currit: tanto plus errat: quanto pręter uiam currit: que est uia per quam currimus? Christus dicit ego sum ueritas & uia: per illum curris: ad illum curris: in ipso requiescis. Augustinus.

Homo ergo nascendo. uitulus moriendo. leo resurgē do. aquila ad celos ascendendo. uocatus est xp̄s. Greg.

Nihil adeo graue est quod non ęquanimiter tolleretur, si Christi passio memoria reuocetur. Gregorius.

❡Beatus. Greg. pōit quatuor utilitates siue causas ad uentus domini dicens. studebāt omnes superbi de Adā stirpe progeniti: presentis uite prospera appetere. aduersa deuitare: opprobria fugere. gloriam sequi: uenit inter uos dominus aduersa appetēs. gloriam fugiens. prospera spernens: opprobria amplectens. Gregorius.
❡Que conuentio Christi ad belial. ad cor. i. cap. x. glosa. sicut Christus omnia bene facit, Ita diabolus omnia male facit.
❡Nam quante sublimitatis est uerbum dei. nam querit Augustinus quid sit maius, aut sacramētum corporis Christi: an uerbum dei, & respondendo dicit: ꝙ non minus est uerbnm dei q̄ corpus Christi: sed audi uerba Augustini que ponūtur. i. q. i. interrogo. ubi habetur sic Interrogo uos fratres uel sorores. dicite mihi quid plus uidetur uobis corpus christi an uerbum dei? si uultis uere respondere hoc dicere debetis. ꝙ non sit minus uerbū domini q̄ corpus christi. & ideo quanta solicitudine obseruamus: quando nobis ministratur: ut nihil ex ipso de manibus nostris in terra cadat. tanta solicitudine obseruemus: ne dum uerbum domini ꝙ uobis erogatur, dū aliud aut cogitam⁹ aut loquimur de corde puro pereat quia non minus erit reus qui uerbum dei negligēter audierit q̄ ille qui corpus Christi sua negligentia in terra cadere permisit. Augu.
In christi corpore quid queris? naturæ ordinem, cū præter naturā sit. ipsi domini partus ex uirgine credere iubemur: discutere non permittimur. Ambrosius.

Quia immensus est christus sed concipitur. uagit in fans in presepio: sed ab angelis laudatur in celo. herodes persequitur: sed magi adorant. ignorant pharisei: sed stel la demonstrat. batizatur a seruo: sed uox tonãtis patris auditur. timet pati: sed sponte ad passionem uenit. uult transferre calicem: sed petrum qui calicem timebat ac-cusat. Bonauen.

Vis sequi christum, sis deo obediens. & proximum diligas ac propter deum omnia sustineas & facias.

Bonauentura.

Tria sunt inquit impossibilia scire & quartum quod non agnosco. uestigia aquilę uol antis. & uias serpentis super petram: & semitas nauis nauigantis. & uiam uiri in adolescentia sua. uia aquilę fuit christus in ascensione. uia serpentis in resurrectõie. serpens in petra renouatur ubi dimittit uetustam pellem. uia nauis in mari in passio ne. uia uiri in adolescentia in incarnatiõe. quam penitus se dicit ignorare. & uerum est secundum humanam ra-tionem. sed per fidem credimus. Bonauen.

CHRISTIANVS.


Hristianus igitur qui nomine christi similitu dinem tenet, mortis quoq; eius similitudinem habere debet. Christianus nemo recte dicitur nisi qui moribus christo coęquatur. de Christo uero pp philosophiam ita scribitur. ecce puer nõis quẽ Elegi. ele ctus meus complacuit i illo sibi anima mea. ponam spi

ritum meum. super eum non contendet neq; clamabit neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. ecce xps non contedit. & tu si more eius similitudinem retinere cupis ne cotedas ne abusiuus in ecclesia xpianus existas. Au.

¶ Christianus gaudeat in aduersis. qui autem probatur si iustus est aut si peccator est, emendatur. contristetur ille quem flagella diuina corrigere no possunt. timeat futurum suplitium: qui presens iudicis contempsit remedium. gaudeat peccator: si cum iustis in hoc seculo contristatur ut in eternum letitia sempiterna triumphet.

Augustinus.

¶ Cum christianus ceperit bene uiuere ac feruere bonis operibus mundum q; contemnere, statim in ipsa nouitate operum suorum patitur reprehensores & contradictores frigidos christianos. si autē perseuerauerit & eos superauerit perseuerando & non defecerit a bonis operibus in idipsum illi iam obsequuntur q ante prohibebāt

Augustinus.

¶ Hoc est sacrificium quod deus super omnes hostias querit & diligit: ut per iustitiæ nostrę opera nomen suū ubiq; laudetur: & deus uerus esse seruorum suorum actu & opere comprobetur. Augusti.

¶ Astrologia nihil confert ad salutem: sed potius mittit in errorem & ideo a quolibet fideli est post ponenda. xxxvii. d.v. sed contra & est magnum religionis argumentum tormentumq; curiosis. Augusti.

¶ Aurū materia laborum. periculum possidētium. eneruatio uirtutū, malus dominus. proditor seruus, aurum ne

mo tutus habet: nisi qui semper abscondit. in pernitiem domini fulget. per tenebras queritur. per tenebras custo ditur. Augu. unde. Sene. Res est inquieta felicitas.
¶ Congruit. n. nostrę deuotioni: ut qui dñi crucifixi. pas sionem celebramus, reprimendarũ carnalium uolupta tum crucē nobis faciamus. in hac quidē cruce semp in hac uita debet pendere christianus. ut sit fixus clauis & preceptis iustitię. ut christus in cruce clauis cõfixus fuit.

Augustinus.

¶ Extendens me ipsum Pau. ad phi. ca. v. unde August. extendebat. n. se ad celestia secundũ intentionē: non se cundum peruētionē nõ secundũ apprehensionem. sicut & nos ne relabamur temporaliũ amore unde transiliui mus. nec remaneamus. in illis: in quę iam uenimus. cur ramus. intendamus in uia. n. sumus. non retro respicia mus: sed in anteriora extendamur intentioni & deside rio. uita christiani boni sanctum desideriũ est. quod aũt de sideras nondũ uides: sed desiderando capax efficieris: ut cum uenerit quod uideas implearis. dífferēdo. n. rem desideriũ nostrum extendit deus. inde desiderando extē dit aĩum extendit facit capacē. desideremus ergo quia im plendi sumus. hec est uita nostra: ut desiderãdo exercea mur. tanto aũt nos exercet sanctũ desiderium quantum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. Aug.
¶ Homicida est qui sponte occidit quos iudex iubet. xx iii. q. v. unde Augu. homicida est qui fratri suo mala per suadet. noli putare te non esse homicidã. quando fratri tuo mala persuades. si fratri tuo mala persuades occidis:

ut scias quia occidis, audi psalmistã. filii hominum den
tes eorum arma & sagitta. lingua eorum gladius acutus
Augustinus.
¶ Noli confirmari huic seculo. continete uos ab eo. cui-
tando uiuit aia: quę appettendo moritur. Augu.
¶ Noli admirari frater: si post q̃ christianus effectus es,
multę te undiq; tribulationes uexãt. quia xp̃s nostre re
ligionis caput est. nosq; eius mẽbra sumus. debemus igi
tur non solum eum sed uitam eius cumulatissime sequi.
uita eni christi respersa fuit angustiis plurimis. summa
paupertate circundata. a scribis & phariseis est derisus
tandem propter nos peccatores morti turpissime tradi
tus est. unde coniectura est cum te deus immensis perse
cutionibus corripit, te in electorum suorũ numero desti
nasse. nam sine huiusmodi tribulationibus nequaq̃ per
uenire possumus, oẽs enimqui ad paradisum uenire desi
derant, oportet trãsire per ignem & aquã: siue fuerit pe
trus cui sunt date claues regni celorum: siue paulus uas
electionis: siue iohannes cui reuelata sunt secreta celestia
necesse est ut omnes dicant per multas tribulationes o
portet intrare in regnum dei.
Augustinus.
¶ Blasphemia est cum aliqua mala dicuntur de bonis.
itaq; iam uulgo blasphemia est ubi mala uerba de deo
flagellatus est christus flagellis iudeorum: sed non mi-
nus flagelatur blasphemiis falsorum christianorum. Au
gusti. unde Chrisost. glorificemus deum non per fidem
solum: sed etiam per uitã, quia aliter nequaq̃ erit gloria

sed blasphemia. non enim blasphematur deus a gentili existente inquinato ut a christiano corrupta. unde glosa. grauius peccat contemptor sedentis in celo maiestatis: quam crucifixor ambulantis in terra paupertatis.

¶ Cur non inquit ciprianus properemus & curramus ut patriam nostram uidere: & parentes nostros salutare possimus? magnus illic nos carorum numerus expectat parētum. fratrum filiorum. frequens & copiosa nos turba desiderat de sua incolumitate secura: adhuc de nostra salute solicita. Augustinus.

¶ Nō solum a christiano queritur ut a malo caueat: sed ut bonum exerceat. Augustinus.

¶ Ne indignemini si mali in mundo florent: si uos patimini. quia non est christiani dignitatis in temporalibus exaltari: sed potius deprimi. mali nihil habent in celo. uos nihil in mundo. sed spe illius boni ad quod prętenditis, quicquid in uia contingit gaudere debetis.

Augustinus.

¶ Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū uicinis meis ualde. psalmo. xxx. unde Augustinus qui sunt inimici ecclesię? pagani: iudei: omnibus peius uiuunt mali christiani: contingit illis res ueri prouerbii canis reuersus ad suum uomitum. Augustinus.

¶ Tu ergo quomodo christianus diceris: in quo christiani actus non apparent? quis enim tam uanus & miserę qui aduocatum se cum litteras nesciat audeat profiteri. opera christianorum sunt. iustitiæ. bonitatis. patiētię. castitatis. prudētiæ. humilitatis innocētię & pietatis. Au.

¶Sub lege qui timore non amore abſtinet a malo, re-
us in uoluntate. Auguſti.

¶Oẽs quidem fratres ſecundum homines ſumus. quan
to magis ſecundũ ꝙ chriſtiani ſumus. ad id ꝙ homo es,
unus pater fuit adam. una mater fuit eua. ad id ꝙ chri-
ſtianus. unus pater eſt deus. una mater eccleſia. hec fra-
ternitas tanto eſt melior fraternitate naturali quantum
meliorem patrem habet deum. unde dicit Matheus. xx
iii. & patrem nolite uocare ſuper terram, unus eſt eni pa
ter ueſter qui in celis eſt. item quanto melius eſt mater
eccleſia matre carnali & melior hereditas celeſtis q̃ tem
poralis. Auguſtinus.

¶Ecce ueritas clamat niſi quis renũciauerit omnia quæ
poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: perfectus igi-
tur chriſtianus quomodo debet res terrenas iurgando
defendere: quas non precipitur poſſidere. ita qꝫ cum res
proprias amittimus ſi perfecte deum ſequimur in huius
uitæ itinere a magno onere leuigati ſumus. Grego.

¶Chriſtianum decet ut nobilem plus benignum q̃ ri-
gidum. plus miſericordem eſſe quã diſtrictum. & lucrũ
de damno alterius non expectare: ſed recepti precii ſit
ſorte cõtemptus quatenus quicquid ceſſit pauperi om
nipotens ei deus multiplicata ſicut promiſit reſtitutio-
ne compenſet. Gregorius.

¶A ueritatis enim pabulo ieiuni ſunt: qui in hac pere-
grinationis inopia letantur. Gregori.

¶Aurem cordis tribulatio aperit: quam ſepe proſperi
tas huius mundi claudit. Gregori.

¶Difficile est rem dimittere. sed dificilius est de iudicio sine peccato exire. Gregorius. idem. bene loqui & male uiuere nihil aliud est quam se sua uoce damnare.

¶Dominus noster pro nobis mortem soluit in debitã: ut nobis mors debita non noceret.

Gregorius.

¶Dominico die a labore cessandum est. atq; omni die orationibus insistendum. ut si quid negligentie per sex dies agitur per diem septimum qui est resurectionis do/minice precibus expietur. Gregori.

¶Habens intellectum curet omnino ne taceat. habens rerum afluentiam a misericordia non torpescat. habens artem qua regatur usum illius cum proximo partiat. habens loquendi locum apud diuitem pro pauperibus intercedat. Grego.

¶Illi ergo qui expectant ꝙ in ultima hora conuertantur: falli possunt. qui uero in bono perseuerãt falli nõ possunt. Gregorius.

¶Mala que nos hic premunt, ad deum non ire compellunt. Gregorius.

¶Multi sunt qui possunt religiosam uitam etiam cum seculari habitu ducere. & pleriq; sunt que nisi omnia reliquerint saluari apud deum nullatenus possunt. Grego/rius. idem. non est dignus dandis qui non agit gratia de datis.

¶Vnus quisq; in quantum sufficit. si a prauitate proximum reuocat si exortari ad bene operandum curat: si eternum regnum uel suplicium erranti denuntiat, cũ uer/

ba sancte anuntiationis impendit, profecto angelus extitit. Gregorius.
Curremus fratres carissimi ne qua nos immundicia polluat qui i eterna patria & dei ciues & angelis equales sumus uendicemus moribus dignitatem nostram.
Gregorius.
Cum aliene infirmitati compatimur, ualentius a nostra roboramur. Gregorius.
Maledicimur & benedicimus. persecutionē patimur & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus. tamquā purgamēta hui9 mūdi facti sumus oium p ipsima. Pau.
Abnegantes impietatem. sobrie & pie. & iuste uiuamus. Pau. ad titum. ibi glosa. abnegantes. i. fugiētes impietatem uane culture sobrie in nobis & iuste ad proximum & pie ad deum uiuamus.
Dilectissimi filii dei sumus. & nundū apparuit quid erimus scimus cum apparuerit similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. beatus Iohannes:
Dominus noster iesus Christus ipse est auctor pietatis. qui in crucem pendens testamentum condidit. singulis pietatis opera distribuens. apostolis persecutionē iudeis corpus. patri spiritum uirgini paraniphū latroni paradisum. peccatoribus infernum. christianis penitentibus crucem. Ambrosius.
Est contra officium dei non nunq̄ promissum soluere sacramentum ut herodes fecit. Ambrosius. unde Isido. in malis promissis. rescinde fidem: in turpi uoto muta decretum quae incaute uouisti non facias, impia est

misericordia que scelere adimpletur. idem nō obseruan dum est sacramentum quo malum incaute promittitur.
¶ Affectus tuus operi tuo nomen imponat. Ambro.
¶ Apud christianos non est miser qui patitur contumeli am: sed qui facit. Hierony.
¶ Non se glorietur christianum qui nomen habet: & facta non habet. ubi aūt nomen secutum fuerit opus certissimum ille est christianus qui se factis christianū osten dit: ambulans sicut & ille ambulauit. a quo & nomen traxit. Isidorus.
¶ Benigni & iusti iudices est suas iniurias contemnere & aliorum iniurias iudicare. Chriso.
¶ O si quottidie opporteret nos tormenta perferre. si & ipsam gehennam paruo tēpore tollerare pro eo ut christum possemus uidere in gloriam uenientem. & sanctorum eius numero sociari. non erat dignum pati omne q̄ triste est modo ut tanti boni tantę q̄ glorie participes haberemur. Chrisosto.
¶ Cum facis elemosinam noli tuba canere. Mathe. vi. unde Chrisosto. tuba est omnis actus per quem operis iactantia demonstratur. & Matheus. Ipocrita eiice primum trabem de oculo tuo & tunc ualebis eiicere festucam de oculo fratris tui. unde origenes. nisi fallam nihil aliud appetis nisi apparere iustus. dum me corripis. et te negligis. aut si me & te corripis, quare a me incipis & non a te.
¶ O si attenderes quot & quales in comparatiōe tui abiecti sunt. qui hanc quę tibi data est gratiam per mortē

uidelicet filii dei consequi non potuerũt. certe audisti ab initio usq; in hanc diem. q̃ multe generationes hominũ perierunt. que etiam omnes sine cognitione dei & precio sue redemptionis in interitum sempiternum dilapse sunt. Hug. unde Bona. tu solus pre omnibus illis assum ptus es. & quare in te hoc factum sit nulla preter gratui tam saluatoris tui caritatem causam inuenire poteris. ele git ergo & pręelegit te in omnibus & assumpsit te ex omnibus. & amauit te pre omnibus. nomine suo uocauit te ut memoriale eius semper esset apud te uoluit te participem esse in nominis ueritatem. quoniam unxit te ille quo & ipse erat unctus oleo letitie ut ab uncto sis unctus: qui a xp̃o diceris christianus. Bonauen.

¶ Timent opprobria pati pro xp̃o. pro mundo aũt pa timur opprobria sempiterna. mori pro xp̃o pertimescũt ut temporali lucro quottidie moriantur. Hugo.

¶ Vis nunq̃ esse tristis. uis animi ac cordis integritatẽ ser uare, fac ut recte uiuas. ama uirtutem. fuge peccatũ Vn de. Hugo. bona uita semper gaudium habet. Sene. rea conscientia semper in pena est. cum recte uiuas ne cures uerba malorum.

¶ Quia & si milies moriamur. & si omnes uirtutes ani mi expleamus: nihil dignum gerimus ad ea que ipsi per cipimus a deo. Chrisosto.

¶ Porro unum est necessarium Lucę. xi. unde Basilius dicit. uniformis est uita christiana ad unam tendens intẽ tionem. s. gloriam dei. multi formis uero & uaria est uita eorum que deforis sunt prolibitu uariata.

¶ Te tamen moneo non ut faciem corporalem deside-
res seruorum dei: sed ut gesta & actus per spiritum con
templeris. spiritus enim est qui uiuificat. nam caro non
prodest quidquam. Io. heremita.

¶ Tota enim uita christiani hominis si secundum euan
gelium uiuit, crux atq; martyrum est.

¶ Vis autem non timere potestatem, bonum fac & ha
bebis laudem ex illo. deus autem minister est tibi in bo
num. si autem malū feceris time. Non enim sine causa
gladium portat. Paulus.

¶ Quid faciemus domino deo nostro a quo tot & tanta
bona suscepimus. neq; enim contentus fuit ea que & ce-
teris bona nobis tribuere: sed in malis quoq; nostris eū
singularem dilectorem agnoscimus. ut eum tam de bo
nis quam de malis nostris omnibus singulariter diliga
mus. tu dedisti mihi domine ut te cognoscā & ut prę ce
teris multis de tuis secretis reuelatum intelligam alios
coetaneos meos in tenebris ignorantie dereliquisti: &
mihi pre illis lumen sapientie tue infudisti. tu dedisti mi
hi uerius cognoscere te. purius diligere te. sincerius cre-
dere in te. ardentius sequi te. tu dedisti sensum capacem:
intellectum facilem. memoriam tenacem. linguam di-
scretam. sermonem gratum. doctrinam suadibilem. effi
caciā in opere. gratiā in conuersatione. profectum in stu
diis. effectum in conceptis. solamen in aduersis. caute-
lam in prosperis. fortitudinem in aduersis. & quocunq;
uertebam ubiq; gratia tua & misericordia precessit me.
& sepe cum mihi uidebar consumptus subito liberasti

me. hec Bona. unde Augustin. quando errabam reduxisti me quando ignorabam docuisti me. quando peccabam corripuisti me. quando contristabar consolatus es me. quando desperabam confortasti me. quando cecidi erexisti me. quando steti tenuisti me. quando iui duxisti me. quando ueni suscepisti me. hec omnia & multa alia fecisti mihi domie deus meus de quibus mihi dulce erit semper cogitare. semper loqui. semper gratias agere. ut te laudem & amen pro omnibus beneficiis tuis domine deus meus.

¶ Christianus debet ascendere de uirtute in uirtutem: non statuendo terminũ uirtutis. quia desineret eẽ uirtuosus. Bonauentu.

¶ Caput nostrum per passiones & angustias celum introire uidemus. & nos membra eius nobis alia itinera somniamus. monstruosa res est, si per unum foramen caput transire uidemus, per aliud corpus. pudeat sub capite spinato membra fieri delicata. Bernar.

¶ A populo dei non separat aliquem materna conditio: sed propria culpa. iudas enim patriarcha cõcubuit cum thamar nuru sua & ex illo concubinatu nati sunt ei phares & zaram. iude postea salmon qui fuit priceps in deserto iude obet. iude booz iude postea isac qui fuit pater dauid &c. di. lvi.

¶ Auribus frequentius quam lingua utere.

Seneca.

¶ Beneficium qui accipit, libertatem uendidit.

Seneca.

Christianus.

¶ Magnanimi proprium est iniurias atq; offensiones spernere. Seneca.

¶ Bonum est laudari.sed prestantius esse laudabile. Seneca.

¶ Non morabitur opus mercenarii tui usq; mane: leuitici.xix.

INCIPIVNT EXERCITIA SANCTI BONAVENTVRA.



T in uirtutibus conserueris oportet te habere exercitia spiritualia:quibus animum tuum occupes.quia nisi sic non poteris in uirtutibus pseuerare.Primo igitur exercebis te in oratione tali modo & temporibus istis feruenter.Ante cuiuslibet operis uel facti inceptionem deum inuocabis:& modicum orabis cum tali oratiuncula.deus in adiutorium meum intende.Miserere mei deus.uel huiusmodi.item quando cunq; audis campana signare,orabis: uel quando audis pulsare orabis.has orationes feruentes ab intra facies: & ita facias q si iuxta alios fueris: illi non considerent q ores.Secundum tuum exercitium erit istud: uidelicet ut feruenter proponas quandocunq; audis signare campanam generaliter te emendare breuiter cum oratione per morulam unius pater noster: Anteq̃ notabile opus facias breuiter cogitabis qualiter proposuisti te habere in priori proposito.item de mane semper proponas qualiter te per totum diem uelis habere: & hoc ante q̃ facis

facta tua extrinseca, & quando facis factum aliquod co
gitabis breuiter qualiter proposuisti. Item ter uel qua
ter in die prepones feruenter contra superbiam. Ter-
tium exercitium erit de aliquo bono cogitatio quando
tempus uacauerit. habebis enim qualibet die unam me
moriam specialem: de qua cogitabis sepe ad quam cur-
sum habeas. habebis enim dominica die de regno celo-
rum. feria secunda de extremo iuditio: feria tertia de be-
neficiis dei. feria quarta de morte. feria quita de penis
inferni. feria sexta de passiõe: Sabato de domina nostra
& peccatis propriis passionem tamen domini in quali-
bet die cum materia diei & cum beneficiis dei habebis.
& in qualibet hora matutinali. primę: tertie &c. de pas-
sione illius hore cum pauco de materia illius diei cogita
bis. sic igitur cogitando & tua facta faciẽdo spero quod
tempus competenter expendes: Quartum exercitium
erit ut quottidie te exerceas in operibus humilibus &
despectis: semper eligere locum uilissimum: & te ipsum
ex toto corde despicere: nullius q; laudis dignum te re-
putare: sed totum ascribere deo. siue lauderis siue uitupe
reris non curabis. esto considerans te ipsum & inuenies
q. non es aliqua laude dignus: sed omni opprobrio
dignissimus: Cum enim es iuxta alios babebis te taci-
turne uerecunde & mansuete: tamen sicut decet. Quin-
tum exercitium erit ut omnia signa superbie deuites sci
licet clamorem in loquendo & sic de aliis. sextum exerci
tium erit ut sepe consideres in quibus te male habeas:
ubicunq; fueris: & non permittas aliquod paruum ui-

tium transire non iudicatum. quia qui parua non reputat in maiora sepe cadit. Septimum erit ut precipue ubicunqꝫ fueris oculos tuos custodias. quia ex incustodia oculorum infinita mala eueniunt. ergo precipue custodi oculos. Octauum exercitium est cõsiderare aliorum bona & non mala. cum enim uideris aliquem peccantem cogitabis ꝙ si ipse haberet tantam gratiam a deo sicut tu ipse, multum feruentius emendaret se quam tu. si autem uideris aliquem aliquid boni facere, cogitabis qualiter possis illud imitari. Nonum exercitium erit ut omnia que uideris & audieris ab omnibus ad bonum trahas & sic non suspicaberis. Decimum exercitium erit. ut semper ubicunqꝫ fueris habeas te morigerate & composite ab extra ne aliis exhibeas malum exemplum. qa exterior incompositio est signum indeuotę mentis. Vndecimum exercitium erit ut semper ubicunqꝫ fueris uideas ut illud non facias cum quo alicui possis prebere malum exemplum: uel unde alius possit suspicari quia periculosum est aliis prebere malum exemplum. Duodecimum erit uiriliter temptationibus resistere & a carnalibus te abstinere & abstrahere quia in illo salus non est. Vltimum erit ut semper stes in timore & habeas te uerecunde & ita custodi te solus sicut quando es cum aliis. nam deus omnia uidet que facis. hec extrema in cõmuni in quantum potes facere studebis. & deum diligenter rogabis ut uelit tibi dare gratiam ad faciendum ea quia sine ipso nihil potes facere &c.

¶ Redeam ab exterioribus ad interiora: ab interioribus

ad superiora conscendam, ut possim cognoscere unde uenio aut quo uado: quid sum & unde sum: ut ita ex cognitione mei ualeam peruenire ad cognitionem dei. quanto namq; in propria cognitione proficio tanto ad cognitionem dei accedo. unde uenio. Secundum exteriorem hominem de parentibus illis qui me fecerunt ante damnatum quam natum. peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt & de peccato nutrierũt. quid sum ego homo de humore liquido sum enim in moneta conceptionis de humano semine conceptus deinde spuma illa cartha modicum crescendo caro facta est postea plorãs & eiulans traditus sum huius mundi exilio. & ecce iam maior plenus iniquitatibus. iam iam presentabor ante districtum iudicem. tũc dicetur de me. ecce homo & opera eius cogita hec profundius.

¶ Incipit utilissima quædam epistola eximii & deuoti doctoris Bonauenturæ que est quasi quedam regula & institutio hominum pie & spiritualiter in christo uiuere uolentium. & distinguitur in. xxv. memorialia ut inferius patebit.

PROLOGVS.


IN christo suo dilecto Frater Bonauentura de balneo regio confrater eius in domino. qualicunq; homine ueteri: Iam exuto Christo.

uiuere & mori mundo. Quoniam dilecte mi frater in do
mino adhuc me in pñtia tibi posito mihi instantissime
supplicasti: ut te in posterum aliquibus literis exhortatio
nis uisitare. Noui frater ꝙ hec dicens ardentes prunas
congeris super caput meum: uerumtamen affectuose in
stando duricie meę superbiam supplici humilitate uici-
sti. in tantum ut ipse iam promitterem ꝙ optabas. q̄uis
magis dignum foret hec me a te quidem suscipere: q̄ me
tibi huiusmodi destinare. Quia tamen instantia tuæ de
uotionis me compellit stultū fieri ut parte ista sicut po-
tero qualiter cum ꝙ experiar quod hortaris. Non tamē
tibi alia specialia scribens nisi ea que rudia & simplicia
mihi ipsi colligere proponebam. ex quibus iam plurima
bene nosti: sed interim alloquēs dilectionem tuam cha
rissime cum nullus: sicut experientia certa docet: perfe-
cte deo seruire possit: nisi dissoluere omnino se procuret
a mundo: oportet si sequi uolumus deum saluatorem
uoci nos propheticę obedire ut scilicet peccatorum col
ligationibus dissolutis dissoluamus fasciculos deprimē
tes quatenus a terrenis actibus dissoluti sequamur libe-
ris gressibus redemptorem quia iuxta apostoli testimo
nium nemo militans deo debet se negociis secularibus
implicare. Nunq̄ ergo de aliqua re creata nisi in quantū
nostrum excitet diuini amoris & dilectionis affectum
cor nostrum eē solicitum permittamus. quia multiplex
rerum labentium uarietas plus debito ruminata non so
lum. animum distrahendo pacatæ Mentis gratiam

interrumpit quietem. uerum etiam in animo gignendo fantasias turbelentę quassationis molestia importune i pellit eandem: sed potius affectionis omnium terrenorũ sarcina onerosa deposita absq; retardationis grauedine curramus ad illum qui nos salubriter inuitat: inquo est animarum opulenta refectio: & pax summa que exupe rat omnem sensum. Venite ad me inquit omnes qui la boratis & onerati estis: & ego reficiam uos. O domine quo idiges quare uocas? quid tibi comune nobiscum? o uerę pietatis uox. uenite ad me inquit. & ego reficiam uos. o dei nostri dignatio admirabilis. o caritas ineffabi lis. Quis enim aliquando fecit talia? quis umquã audi uit: quis ue conspexit similia? ecce inuitat inimicos. hor tatur reos allicit ingratos. uenite inquit ad me omnes: et discite a me tollite iugum meum super uos & inuenie- tis requiem animabus uestris. o uerba dulcia: uerba dei fica & penetrabiliora oĩ gladio ancipiti intima precor diorum euiscerantia. nimis q; repleta dulcedine usq; ad diuisionẽ anime pertingentia: ex pergiscere nunc o ani ma christiana ad tãte benignitatis amorem: dulcedinis tantę saporem: & ad tantę suauitatis odorem. certe qui ista non sentit infirmus est. alienatus est. iam proximat morti. Inardesce queso o anima mea. pinguesce amore- dulcesce sapore. nemo te prohibeat intrare: tenere: gu stare. Quid amplius querimus? quid ultra expectamus quid desideramus in hac uita? habemus in christo om- nia bona. sed heu o insania nostra mirabilis. o infirmitas miserabilis. o uesania detestabilis. Nam uocamur ad re

Inuitat Deus Fideles et Infideles

quiem: & sequimur laborem inuitamur ad solatium &
querimus dolorem. promittitur gaudium & appetimus
merorem. Mirabilis prorsus infirmitas miseraq; peruer
sitas. iam omnes iusensibiles facti sumus: & quasi dete-
riores simulacris. habentes oculos & non uidentes: aur-
res & non audientes. rationem & non discernentes. ama
rum dulce: & dulce amarũ ponentes. O deus unde no-
bis tantæ peruersitatis correptio? unde tantę offensiõis
satisfactio. certe nihil tale inuenitur in nobis nisi tuo mu
nere tribuitur. Tu enim solus potes nos corrigere. tu so
lus pro nostris delictis satisfacere. qui solus nosti figmen
tum nostrum. salus & redemptio nostra. qui solum illis
hæc facis: qui se miseros conspicientes in imis a te solum
releuari confidunt. leuemus ergo ad deũ mentis nostre
oculos in directo: ut uideamus ubi nũc prostrati sumus
Quoniã qui propriũ casum suum ignorat, surgere mi
nus curat. cognoscentes uero clamemus in fortitudine
ad deum de profundis ut nobis adiutricem porrigat mi
sericordie sue manum: quæ abbreuiari nunq̃ poterit ad
saluandum. nõ queso confidentiam amittamus magnã
remunerationem habentes. Adeamus trhonum gratię
eius cũ fiducia fructum nostre fidei reportantes. salutẽ.
s. animarum nostrarum. nulla nobis insit cunctactio. iã
enim uita nos uocat. salus expectat. tribulatio compel-
lit intrare. Quid ergo facimus? quid pigritamus? quid
moras contrahimus? festinemus ingredi in illam requiẽ
iucunditatis æternę: ubi sunt magna & inscrutabilia:
quorum non est numerus. Ascendat queso hierusalẽ cor

noſtrum.ſuſpiciamus ad patriam noſtram. tendamus ſurſum ad matrem noſtram.introeamus in potentiam dñi: & intueamur noſtrum regem in ea regnantem:& liqueſcant in miſerationibus eius corda noſtra. Agamus illi gratias toto corde: qui defectum noſtre ingratitudinis non conſiderans ſuæ non abſtulit a nobis miſericordiæ pietatem: deſiderium nobis tribuẽs ipſius uiam currere mandatorum. quam ſine deſiderio nullus currere poteſt. quod quidem munus non eſt uilipendendum ſed gratie reputandum. cum hoc prophetarum ille eximius ſe aſſerat concupiſſe qui ait: concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatiões tuas in omni tempore. ſed quia hoc ipſum deſiderium aliquando nimia tepiditate noſtræ incurię & negligentię laſſeſcit, cogitaui quedam incitationis huius memorialia annotare: in quibus fugienda pateant & ſequẽda: quæ qdẽ cũ affectu affectuoſe ſpeculãtes priſtino uigore reſumpto tam diu infatigabiliter uirtutibus & gratiis caritate diuina creſcamus: quo adusq; perfectum ueniat deſiderium collium eternorum. Ponãtur autem memorialium predictorum prius quędam generalia: poſtmodum ſpetialibus ſub ſequentibus.

MEMORALIA GENERALIA.

SVnt ergo hę quædam uirtutes probatę in iuuenibus & ſcalæ ſalutis per quas ſine dubio ad perfectionẽ uirtutum & culmen glorie poſſunt aſcendere fideliter exercitati per eas. uidelicet ſancta uerecundia in cunctis rebus & actibus ſuis.

tarditas loquendi. promptitudo obidiendi. frequentatio orationis. fugere ocium & dissolutiones. pure & frequenter confiteri. libere seruire. infructuosum consortium deuitare. Hę namq; sunt margaritę fulgentes quæ possessorem suum deũ & angelis faciunt gratiosum. dum autẽ ei placuerit qui te segregauit ex utero matris tuę: uocauitq; per gratiam suam: ut in te reuelet imaginẽ filii sui de miserabili seruitute ęgyptiaca transferens te in libertatem filiorum dei. iamq; in uiam noui hominis inceperis pedem ponere: quę inter timorem & amorem humilitatis est semita constituta. tum per eãdem humilitatis uiam ad eminentiora conscendens poteris te in altioribus exercere: ex quibus certa memorialia subscribuntur

DE CONCVPISCENTIIS MORTIFICANDIS. PRIMVM.


Portet ergo ante omnia te cupiẽtem uestigia sequi saluatoris: ut spem tuam totam fixam in domino habeas de omnibus huiusmodi consolationibus penitus desperans.

DE VITIIS EXTIRPANDIS.


Ecundum est ut ab omnibus uitiis & concupiscentiis malis in quantum sustinet humana conditio te ipsum studeas penitus emundare: ut fermento ueteri totius malitie & nequitie expurgato

ambules in nouitate uite post xp̄m quia nisi prius huius modi cathenas iniquitatis confregeris, anima tua in tenebris aggregata ad celestia non poterit eleuari.

De colligationibus resecandis.

¶ Tertium est ut a te ipso dissoluas omnem colligationem extrinsecā ut sana & pura mēte possis deo colligari

De tribulationibus cum patientia tolerandis

¶ Quartum est ut amore altissimi & sponsi tui xp̄i omnes mundi huius persecutiones æquanimiter feras. imo si posibile est pro uoto suscipiens solum in xp̄i passionibus delecteris. renuensq; omnem temporalem letitiam in ipsis tribulationibus hilarescas. oēs reputans tibi esse ad purgationem peccaminū: & lucrū aīe tue preparatas

Vt de nullo conqueraris.

¶ Quintum. ut cum creatorem tuum & oīum te sentias offendisse, rationē tibi fieri nō poscas ab aliqua creatura

De paupertate sui ipsius

¶ Sextum. ut habeas despectui temetipsum cupiens ab omnibus despici: zelans q; sacratissimam paupertatem. in omnibus quæ ad te spectāt asperitatem: utilitatē: & parcitatem habeas quantum potes. nō tamen in aliis requiras sed potius lætus & gaudens domini consolationem fraterne eis sicut oportet obsequendo & ministrando assistas. omnis consolationis eos reputans eē dignos nisi q; absit ita tibi in aliquo pateret diuina offensa q; oī excusatione careret: de qua compatiendo & timendo ex intimo corde doleas quantum potes.

De honoribus fugiendis.

¶ Septimũ est. ut omni tempore in timore stans blandicias huius seculi. honores. glorias. uel fauores aurasq; uanæ glorie quasi mortiferas pestes oino fugias toto posse stans q; continuo in te ipso oi hora habeas te suspectum: quia si tu ipsius uictoriam fueris assecutus, nullus hostis interius uel exterius tibi nocebit.

De humilitate uera.

¶ Octauum est. ut amore illius qui cũ sit dominus oim celestiũ terrestrium et infernorũ pro nobis assumpsit uilissimam serui formã in ea subiiciens se uoluntarie hominum potestati. humiliando te ipsum oẽm hominem reputes tuũ dominum. & te uerissime reputes seruũ omnium & in oibus circa hoiem te reputes sicut seruum. sic enim tranquillitatẽ & pacem cum oibus perpetuam obtinens. scandalum penitus ignorabis.

De pace anime & quomõ habetur.

¶ Nonũ. ut nihil eorum tangas que te spirituali utilitate non tangunt. hoc est de nulla re cures uel implices te in aliquo exterius uel interius quo quo modo ubi nõ inuenis aĩe tuę lucrũ. nec in huiusmodi te ab aliquo implicari permittas.

De custodia sensuum.

¶ Decimum. ut uisui atq; omnibus sensibus corporis omnimodam custodiam ponas ita ut nihil prorsus uelis uidere: uel audire: aut tangere: nisi utilia anime tue. linguam etiam diligentissime restringas: ut nihil loquaris nisi interrogatus uel necessitate uel utilitate euidenti coactus. & tunc cum reuerentia animi timoris dulce-

dine breuiter & submisse si potes semper deuitans prolixitatem uerborum eorum occasione iuxta posse prescindens.

De solitudine & uigiliis.

¶ Vndecimum ut gratam sanctamq; solitudinē desiderans omni tēpore operationem uigiliarum habeas preciosam: in ipsis semper offerēs deo orationes tuas cū attentiōe uerborū: deuotiōis feruore: & humilitate ꝓfunda

De diuino officio.

¶ Duodecimum: ut cum debes diuinum officium celebrare: ita factus in te ipso quietus obliuiscaris omnium terrenorum: quatenus fixa mente celestibus insistēs mysteriis cum tanta illud deuotione: reuerentia: gaudio: ac timore persoluas: quasi inter angelorum agmina constitutus diuino conspectui laudes presentialiter offeras cum eisdem.

Quod sup oīa habeas in deuotiōe uirginē gloriosam

¶ Tertium decimum ut gloriosam reginam domini nostri matrem benedictam in summo habeas omni tēpore ueneratiōis affectu. & in cunctis ad eā necessitatibus periculis & pressuris tanq̄ ad refugiū tutissimum te conuertas: ipsius tutelæ presidiū flagitando: eam q; in tutā suscipiēs aduocatā deuotissime ac securet tuā ei causam cōmittas. quia mater est misericordię. quottidie studēs ei specialē & singularē reuerentiam exhibere: & ut tua deuotio sit ei accepta & reuerentia grata ipsius puritatem & munditiam omni uirtute mente et corpore illibate in te ipso seruando toto conatu nitaris humilitate

& mansuetudine eius uestigia imitari.

Quomodo fugienda sunt consortia mulierum

¶ Quartum decimum ut ubicunq; mulieres & uirgines & iuuenes quoscūq; preter necessitatis uel manifeste utilitatis causam deuites: & unū ubicunq; fueris elige tibi patrem uirum quidem sanctū discretū & pium. doctum potius experientia operis: q̄ sublimitate sermonis: qui te uerbis & exemplis efficacibus & probatis ad diuinum amorē instruat & instauret. ad quem in cunctis necessitatibus tuis possis habere recursum & spiritale solamen.

Mulieres fugiendae.

De fuga accidiæ & tristitie.

¶ Quintum decimū ut oēm frigiditatem accidie & tristitie in qua latet uia confusionis qua ducit ad mortem a te ipso summo studio depellens: interius exteriusq; serenus semper & tranquillus existas nulli ullo modo contra dicas uel resistas in aliquo: sed potius omni modo p omnia omnibus aquiescens in dummodo diuine laudi uel saluti anime non obsistat.

Quod de omnibus habeas bonum exemplum

¶ Sextum decimum ut omnes affectiones tuas ac uolūtates conformes diuine uoluntati. omnia te edificent nec q; te deedificet aliquid in hoc mundo puritatis & innocentie gratia diuini tibi muneris elargite. Nec aliorum plus debito defectibus perturbatus iniquitati addendo iniquitatem alienis sordibus polluaris. ne dum cupis alios de pelago liberare, deterius ipse corruas in profundū potius igitur omnia quibus non potes sine detrimento prodesse operiens caritate.

Benigna illi summe sapientie derelinquas que nouit bona de malis eligere quibuscunq; sicque in bonis operibus pariter atq; malis spirituale domino cocedente poteris reperire profectum.

De custodia cordis.

Septimum decimum. ut cor tuum seruans omnium custodia: solis q; spiritualibus exercitiis deditum, nulle ibi rerum uisibiliu imprimantur concupiscentię: ut creaturis omnibus alienum libere possit uacare omnium creatori.

De caritate ad proximos.

Octauum decimum. ut imaginem & similitudinem maiestatis diuinæ cosiderans in cunctis hominibus: ita omnes diligas intime caritatis affectu: omnium q; & maxime infirmorum & quorumcunq; indigentium curam geras: dummodo circa spiritalia tibi non fiat nociua distractio: sicut bona mater diligit atq; curat unicu filium cum dilectu.

De orationibus cum operibus sanctis

Nonum decimum. ut continue mentem ita habeas ordinatam cum deo: q; omne opus tuum atq; exercitiu tam mentis quam corporis sit oratio: omnia q; seruitia & maxime humiliora tanto facias caritatis feruore: ac si ea christo corporaliter exhiberes: quod certe debes & potes ueraciter cogitare. quoniam ipse dixit in euangelio. quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

De obedientia sancta.

❡Vigesimum. ut honorem & reuerentiam omnibus tam debitam quam deuotam sanctissime obedie̅tię normam non solum magnis uerum etiam minimis quasi pupillam studeas semper seruare illesam: obediens quidem non solum maioribus ut prelatis: uerum etiam minoribus omnibus te subiiciens quibuscunq; abnegando te ipsum pro christo in bonis & diferentibus semper alterius studeas facere uoluntatem in nullo prebens te alicui onerosum: sed potius in charitate christi diligens uniuersos: te ipsum comuniter omnibus gratum redde̅s affabilitates amicitias & familiaritates fugias singulares: summopere caueas ne umquam uerbo uel facto uel gestu alicuius rancoris: odii: clamoris: iniurie: turbationis: murmurationis: detractionis: scandali: & adulationis: & quorum cunq; similium aliqua ratione uel modo per te uel alium causa uel occasio fias.

Quod consolationes & tribulationes occulte teneas

❡Vigesimum primum. ut uirtutes uel gratias spirituales quas in te uel per te diuina misericordia operari dignatur. tribulationes & prelia uirtutes q̃: propositum: uel similia ab omnibus abscondere studeas quantum potes. his tamen exceptis que proprio sacerdoti in propria debent accusatione detegi. nisi forte alicui tuo speciali ac probato amico ea spiritualis utilitatis gratia reuelares. cuius co̅silium uel doctrinam in huiusmndi credas tibi posse ualere. solicitus semper sis furari tempus ubiq; ut possis solite orationi & meditationi sancte ua-

care: ut sedēdo solitarius eleuatus sis desiderio ad supna

Quod deū semper & ubiq; habeas in memoria.

¶ Vigesimum secundum. ut solutus ab omnibus creatu ris tanto mentis conatu desiderii q; feruore circa tuum creatorem intendas: ut quasi omnium inferiorum obli tus quid quid agas & ubicunq; steteris & quibuscunq; negociis impliceris die ac nocte & omnium momento hora deum semper habeas in memoria: credens & cogi tans te esse uerissime coram eo: & ipsum cogitans undi q; te aspicere. hæc autem cogita cum magna reuerentia ac timore pariter & amore: & cum magna discretione: nunc ante pedes immēsę maiestatis eius prostratus cor de amarissimo peccatorum ueniam postulando: nunc sa cratissimæ passionis filii dei gladio compassionis coram eius cruce uulneratus cum eo lacrimosus & flebilis ap parendo: nunc totius uitę illius decursum obliquitati tue uelut rectitudinis lineam preponendo: nunc inenar rabilia & immensa dei beneficia mente pertractās gra tiarum actionibus insistēdo: nūc stimulis ipsius amoris ardētissime punctus ipm in creaturis oibus intuēdo: nūc potentiā: nūc sapiam: nūc bonitatē & clemētiā eius attē dens eū deuotissime in cūctis operibus suis collaudādo: nunc desiderio patrie celestis attractus ad ipm gemebū dus suspiriis anhelādo: nūc circa nos uiscera inestimabi lis caritatis eius aspiciēs lętabunda quadā excessiua ad miracione corde ac aio in ipso deficiendo: nūc te precipi tem: nunc te fugientē: nunc te rucutē: nūc deū te timētē

ſubleuantem: retinentem: & attrahentem: nunc deum te ingratum per omnia concernentem: conſiderans ineffabilibus diuine miſericordie uiſceribus tibi patefactis nimio in eo caritatis ardore te conferens totum te fletibus reſoluendo: nunc uero occultiſſima profundiſſima: & ſumme archana nimiumq; ſtupenda iudicia iuſtitie eius diligenter attendens. eum in omnibus fidelis & cōſtans cum ſummo amore ingenti quoq; timore ac tremore diſcretus ſupplex & humilis uenerando pre omnibus autem continuam & uiuam memoriam ipſius ſacratiſſime paſſionis in animo & corde tuo ferens.

De ſolicita cuſtodia ſui ipſius.

¶ Vigeſſimum tertium ut ſuper cuſtodia tua uigilans omni tempore ab antiqui hoſtis fraudibus qui ſepe ſe in angelum lucis tranſſigurans omni tempore & in omni uia homini laqueum tendit & retia: ut animas noſtras ualeat captiuare ſolicitudine te cautiſſima tuearis uenantium laqueos fugiens ſicut paſſer. tantæ que puritatis humilitate ſancta in oculis tuis fias: ut ne ſubtiliſſima eius retia te ualeant continere a quibus ſane tunc poteris liberari illeſus, cum effectus fueris iſrael cōtinue mentalibus oculis uidens deum: quia non dormitabit neq; dormiet eius cuſtos.

De pura confeſſione peccatorum.

¶ Vigeſimum quartum. ut tenens indefeſſum inſtituti ſancti rigorem ſacris ardoribus celeſtium deſideriorum ſucceſſus mentis & corporis munditie pulcritudinem:

innocentię puritatem : conſcientięque teneritudinem conſeruans. cura diligentiſſima caueas ne unquam te- pendo in aliquo reſipiſcas. ad quod quidem diligentius & purius conſeruandum quotidiana diſcuſſione ſepti- es in die examines uitam tuam: ſemper ante uel imme diate poſt quamlibet horam canonicam conſiderans & diſcutiens attentiſſime qualiter de hora in horam am bulaueris digne coram deo ſine macula in iuſtitiæ ſemita. Et quia nemo eſt qui ſic diſciplinam & iuſtiti- am obſeruet: ut nihil penitus negligat uel omittat, ideo neceſſarium eſt ut ad penitentię lauacrum recurrens cum dolore & gemitu ſepiſſime tue accuſationi inſiſtas in qua quidem accuſatione ſeu confeſſione integre ue- raciter & pure ſine omni uelamine excuſationis uel oc- cultationis ſeu palliationis per ordinem omnes tuos re texendo defectus ſacerdoti proprio tamquam deo de- bes intimare: narrando prius omiſſiones quas in his quæ ſunt ad deum feciſti : & maxime in oratione quan tum ad duplicem eius partem mentalem ſcilicet & uo calem. deinde defectus in obſeruatione iuſtitie quo ad proximum poſt comiſſiones quas egiſti ex mala cuſto dia ſenſuum & ſenſibus adiacentium affectionum: & cogitationum. Hanc autem confeſſionem ſemper de bet contritio & ſatiſfactio comitari : ut doleas uideli- cet de omnibus offenſis non ſolum de magnis : ſed eti- am de modicis: & dolendo caueas iterare culpam ſem- per ſtudens cauſas & occaſiones peccati ſemper præ

scindere. quantumcunq; per amorem uideantur tibi con iuncte. quia tunc iuxta saluatoris sententiam eruendus est oculus scandalizans idest occasiones peccati uitande que quidem apparent nobis delectabiles. nimium etiam si multum nobis displiceant earum effectus. unde fortissimum est in hac pugna bellum: & ideo oportet secundum dei preceptum esse cecum surdum & mutum & insensibilem ad omnia in quibus non inuenit anima lucrum. Vt autem diuinorum preceptorum eius q; discipline celestis obseruantiam in supradictis & ceteris aliis solicitius intendas ac feruentius accendaris, studeas hęc quinq; semel ad minus inter diem & noctē affectuose & morose omni tempore sincera mente tractare. quam scilicet sit breuis uita nostra. quam lubrica uia. quam mors incerta. quę premia iustis. que suplicia parantur iniustis: ut non sit seruitium sine timore: nec gaudium sine tremore.

Quales esse debemus in nostra reputatione quā uis perfecti.

¶ Vigesimum quintum & ultimum. ut cum diuina gratia largiente omnia bene feceris, seruum inutilē & peccatorem recognoscens omni beneficio dei reputes te indignum. semper robustissimam fidem tenens: repletus caritate diuina fiducia magna sperans ab ipso misericordissimo patre misericordię tibi uiscera aperiri. ut dum in fossam profundæ humilitatis firmissima ieceris fidei fundamenta: erexeris q; lucidissimos parietes continue

ac feruide caritatis decoratos omnium uirtutum pictu ris tectumq; desideratę spei beatissime posueris glorio- sum, tandem omnibus ordinate dispositis summus ille celestis inhabitator dulcisq; hospes fidelium animarum eius delitie sunt esse cum filiis hominum tamdiu tecum dignetur in habitare per gratiam in presenti seculo uel exilio: quousq; post terminum uite huius in celestis bea- titudinis patria gloriosa stola perpetuę immortalitatis indutus claritatem uultus eius cum omnibus sanctis cernere merearis in celo: ubi erit summa felicitas & eterna beatitudo finis & complementum omnium de sideriorum nostrorum.

CONCLVSIO EPISTOLE HVIVS



Oc uerumtamen adhuc scias carissime frater indubitanter: quod nisi perfecte abnegaueris temetipsum sequi non poteris uestigia saluato ris. & sine solicitudine continua & labore eius gratiam adipisci nequibus. & nisi assidue propulsaueris portas eius, ingredi non poteris ad pacem mentis. Et nisi te in- stanter in timore dei tenueris, cito domus tua corruet in profundum: & si fideliter & constanter te tenueris & exercitatus fueris in predictis, spero in misericordiam saluatoris quod te gratia sua dignum faciet in presen- ti: secumq; potieris gloria in futuro. quod ipse tibi con- cedat qui est trinus & unus in secula seculorum bene- dictus Ameu.

¶ Hec autem carissime non ideo tibi scripsi, quia te cre

derem talibus indigere: sed quia ante collegeram pro me ipso cernes q; mee inconstantię pronitatem: seu constantię paruitatem, cogitaui ea tibi tamquam coadiutori fideli communicare: ut quod mea pusilanimitate neglígentiaq; teporis omittitur, tua magnanimitate feruoris q; solicitudine restauretur: maxime cum te concordem quasi omnibus uotis meis in huiusmodi simplicioribus plurimum delectari cognoscam. Qua propter carissime in christo hæc ea rogo caritate suscipias: qua illa tibi me scio affectione misisse. ut uidelicet his omnibus supradictis: quorum quidem discipline non uidetur esse gaudii sed mæroris: ita per celestium studiorum exercitia studeas te mancipare: ut pacatissimum iustitiæ fructum afferant in futuro: & expectationis eius dulcis memoria etiam in presenti anima tua gustu deuotionis adipe & pinguedine repleatur in Christo Iesu domino nostro: cui me aridum & uerbosum potius quam deuotum deuotis tuis orationibus comendabis: Cui est honor & gloria decus & imperium per infinita secula seculorum Amen.

Explicit epistola sancti Bonauenture que est quasi regula omnium pie & spiritualiter in xpo uiuere uolentium.

EXPOSITIO ORATIONIS DOMINICE.

PAter. noster. oratio hec priuilegiata est in tribus: in dignitate quia a xp̄o composita: Breuitate. ut citius sciatur. melius retineatur frequētius d catur: in fecunditate quia omnes petiones continet & utriusq; uite necessaria complectitur. Pater noster diuiditur in exordium pater noster in tractatum sanctificetur nomen tuum &c. in conclusionem si enim dimiseris: sed hec conclusio non est de integritate orationis. ¶ In exordio datur petendi fiducia cum dicitur: pater noster. non domine. domino seruitur timore. patri amore. Malechię primo. filius honorat patrem suum: & seruus dominum suum timebit. si ergo pater ego sum ubi honor meus: & si dominus ego sum ubi est timor meus? in tractatu ponuntur oīa nobis necessaria: in conclusiōe infertur necessaria expremissis cōsequētia. deus dicitur generaliter pater oīum per creationē. deuet. xxxii. nūquid non ipse est pater tuus qui possedit & fecit & creauit te fecit in corpore. creauit in aīa. possedit in utroq;: deus dicitur pater noster specialiter iustorū per adoptionē. Mathe. v. estote perfecti sicut & pater uester celestis perfectus est. luce. xi. si ergo uos cū scitis mali. &c. deus dicitur pater noster singulariter christi per eternā generationem. Iohannis. v. non solū soluebat sabatū sed & patrē suum dicebat deū. Mathe. xi: neq; patrē quis nouit nisi filius & cui uoluerit filius reuelare. pater ē primo modo per impressam imaginē: secundo modo per appositam gratie similitudinē. tertio modo per eternā originē. Qui es in celis uel celis. i. sanctis. sancti. n. dicuntur celi qua-

druplíciter.ſ.propter uite ſublímitatem. philip. iii.noſtra conuerſatio in celis eſt:propter bonorũ operum claritatem.phili.ii.inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo uerbũ uite continentes.Math.y.luceat lux ueſtra coram hoíbus &c.propter propoſiti firmitatẽ:pſalmi. uerbo dñi celi firmati ſunt. deũ in eis quieſcentẽ per gratiã. Iſaia.lxyi.celũ mihi ſedes eſt.ꝑs dominus ĩ celo parauit ſedem ſuã.dicit ergo pater noſter qui es in celis.i.in ſpiritualibus ut ad ſpiritualẽ manſuetudinẽ in qua habitãt feſtinare diſcamus & celeſtia ab eo queramus.

¶ Sanctificetur nomen tuũ.terminato exordio ſequitur tractatus qui diuiditur in duas partes.in pría oratur pro bonis adipiſcendis:in ſecunda pro malis amouendis.ibi & dimitte nobis debita noſtra &c.prio petitur pro bõis adipiſcendis eterna que petuntur in premiũ .ſanctificetur nomen tuũ.petimus ꝙ ipſa gloria ſine perfecta noticia confirmetur in nobis & hoc erit in gloria perſeuerando ſpiritualia que petuntur ſiue in bonũ perſeuerãtie:adueniat regnũ tuum.i. eccleſia uel aĩa in qua per gratiã regnas: adueniat.i.in finẽ perueniat:in bonũ gratie.fiat uolũtas tua.i.libertas noſtri arbitrii ſocietur per gratiã tue uoluntati: temporalia que petũtur in ſuſtentationẽ ſiue temporale ſubſindiũ. panem noſtrũ quotidianũ da &c. ſecundo petitur pro amouẽdis malis preteritis:preſentibus& futuris.& dimite nobis. preterita mala.pñtia mala. futura mala.ſunt dolenda.uitanda precauẽda. & ne nos inducas in tentationẽ: ſeptem ſunt petitiones:ſanctificetur nomen tuũ: adueniat regnũ tuum: fiat uolun

tas tua. panem nostrũ quotidianũ . & dimitte.n.d.n.& ne nos inducas in te.sed libera.n.a malo:septẽ dona: sapientia: intellectus.consiliũ:fortitudo. sciẽtia: pietas. & timor:septem beatitudines: regnũ celorum: possessio terre.consolatio:saturitas:misericordie cõsecutio: uisio dei: filiatio dei: septẽ uirtutes contra septem uitia.paupertas spiritus cõtra superbiam siue inanem gloriã: mansuetudo contra iram:luctus contra inuidiam:sitis iustitie contra accidiam.Misericordia contra auaritiam : munditia cordis contra gulã pax contra luxuriam &c.

¶Homo ergo egrotus: deus medicus.uitia languores. petitiones planctus dona antidota . uirtutes sanitates: beatitudines felicitates & gaudia petitionibus dona donis.uirtutes uirtutibus:beatitudines obiiciuntur:& uitia excluduntur.

¶Sanctificetur nomen tuum:petitio sanctificatio:donum sapientia:uirtus pax: beatitudo filiatio dei: uitium contra ꝙ luxuria.

¶Sanctificetur nomen tuũ: nomen dei inuenimus terribile .deute .xxyiii.nisi timueritis nomen eius gloriosum & terribile. hoc est deum tuum augebit dominus plagas tuas: admirabile ps : Dominus dominus noster quam admirabile &c. laudabile. psalmus:a solis ortu usqꝫ ad occasum: Est ergo nomen dei terribile quantum ad potentiã:que attribuitur patri:admirabile quãtum ad sapientiam que atribuitur filio:laudabile quantum ad bonitatem que attribuitur spirituisancto : sanctificetur ergo,id est in nobis firmetur : nomen tuum:

terribile in cognitione summe potestatis: admirabile in cognitione prime ueritatis: laudabile in cognitione summe bonitatis: dicit ergo sanctificetur nomen tuum quasi diceret, da nobis spiritum sapientie.i. iucunditaté internam ut gustemus quam suauis es & hoc generet in nobis pacem & hoc contra luxuriam. quia non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Adueniat regnum tuum: petitio aduentus regni: donum intellectus uirtus munditia cordis: beatitudo uisio dei: uitium contra quod gula.

Adueniat regnum tuum. Regnum dei dicitur militans ecclesia. Mathe. mittet filius hominis angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala: doctrina euãgelica. Lucę. xvi. lex & prophete usq; ad Iohãnem & ex eo regnum dei euangelizatur & omnia in illud uim facit: Beatitudo eterna: Math. xiii. fulgebunt iusti sicut sol &c. de hoc precipue accipitur quod hic dicitur. licet non incongrue de aliis accipi possit: dicit ergo adueniat regnũ q.d. da nobis spiritũ intellectus quo mundati corde intelligamus te in presenti regnare per fidem ut in futuro te uideamus regnare per speciem. & hoc est contra gulá de qua dicitur uinum & ebrietas aufer cor. Fiat uolũtas tua: petitio uoluntaté dei fieri: donũ consiliũ: uirtus misericordia: beatitudo. misericordie consecutio: uitiũ contra quod auaritia: est uolũtas dei ad creationé. psalmus. oía quecunq; uoluit fecit: gratificationem: The. iiii. hec est uoluntas dei sanctificatio uestra: glorificationé. Ioh. vi. hec est uoluntas patris mei qui misit me ut oís qui uidet

filium & credit in eum habeat uitam eternam: Est ergo uoluntas dei creans. gratificans. & de hac accipitur hic glorificans: Dicit ergo fiat uoluntas tua quasi dicat da nobis spiritum consilii ut faciamus uoluntatem tuã maxime misericordiam. que perimit auaritiã. quatenus misericordiam consequamur: secundum illud. beati misericordes. quoniam ipsi misericordiã consequentur: sicut enim auaritia consistit in aquirendo & retinendo. ita misericordia in dando & dimittendo: Quid autem prodest sepius dicere. Fiat uoluntas tua & nolle iuuare. uult deus apud te esse pauperes ut per eos salueris & corpore & anima. cum enim defuerunt uasa stetit oleum. uos uenitis uoluntatem frangendo. panem nostrum quottidianum: petitio panem dare. donum fortitudo: uirtus esuries iusticie. Beatitudo saturitas. uitiũ contra quod accidia: panem no. qui est panis corporalis: Genesis. iii. in sudo re uultus tui uesceris pane tuo: sacramentalis idest ad corin. xi. quicũq; manducauerit panem hunc & biberit calicem domini indigne &c. eternalis Ioh. vi. ego sum panis uiuus. & ille precipue dicitur super substantialis. Hiero. supersubstantialis panis est qui dicit. Ego sum panis uiuus &c. qui uidelicet uniuersas superat creaturas. licet autem sunt multi panes mystici. de his tamen tribus exponunt doctores quod hic dicitur. unde Augu. panis quotidianus dictus uel necessaria huius uite: uel sacramentũ corporis xpi: Oportet ergo ut coniuncte oĩa ista tria accipiantur. ut. s. panem quotidianũ petamus simul & necessaria corpori & sacramentũ uisibile & inuisibile uer

bum dei.unde de his tribus pōt accipi ꝙ dicitur luce.xi. Amice cōmoda mihi tres panes: Ergo primus panis est ad corporis sustentationem: secundus in uia ad aīe refectionem: tertius in patria ad eternā fruitionem : dicit ergo. panem no.super substantialē &c.quasi dicat. da nobis spūm fortitudinis.qui multiplici pane roborat animam ne deficiamus in pn̄ti: esuriēdo iustitiā per quā expellentes accidiā: plena iustitia saturabimur in futuro. secundū illud beati qui esuriūt & sitiūt iustitiam quoniā ipsi saturabuntur.Dimitte nobis debita nostra . petitio dimitti debita . donum scientia:uirtus luctus : Beatitudo consolatio:uitiū contra quod inuidia.Dimitte.no de. no. est debitū.Offense.Math.xviii.serue nequā oē debitum dimisi tibi. Bone uite luce.xvii.cū feceritis oia que precepta sunt uobis dicite.serui inutiles sumus.ꝙ debuimus facere fecimus: pecunie.prouerbiorū.xxii.noli esse cum his qui defingunt manus suas & qui uades se offerunt ꝓ debitis.agitur aūt hic de debito offense nō pecunie.debitū primum malū.secundum bonū.tertiū indifferens: Dicit ergo dimitte nobis debita nostra quasi dicat da nobis donū: scientiā:& uirtutē.luctū quo tā nostra q̄ aliena pctā cogitemus & defleamus.ut nobis debita nostra dimittas & ita consolationē habeamus aduersus inuidiā:que facit hoiem de alieno bono tabescere unde uersus.inuidus alterius rebus macrescit opimis. & ne nos indu. in tētationē petitio nō induci in tētationē. donū:pietas: uirtus: mā suetudo:beatitudo : possessio terre.uitiū cōtra ꝙ ira.Et ne nos indu.in tētationē est tenta

tio.irritatióis.exodi.xxii. uocauit moises nomē loci illius téptatio ,ppter iurgiū filiorū israel.& q̄a tēptauerūt deū dicētes.est ne deus i nobis. Est tētatio ,pbatióis: Iaco.i. beatus uir q suffert tentationē.tho.ii.hanc temptationē ideo p̄misit dn̄s euenire illi ut posteris daret' exēplū pa tientie eius sicut & scti. Iob. est tētatio male ,psuasionis. Math.iiii.accedēs tētator dixit ei.si filius dei es &c. de hac tertia itelligitur p̄cipue q, dicitur hic: dicit ergo Et ne nos i ducas itentationē.q.d.da nobis spūm pietatis et māsuetudinē spūs:ut p spūm pietatis uincamus tētatio nem exercēdo nos ad pietatē:& p mansuetudinē uinca mus uitiū irā.nō reddēdo malū ,p malo:ut ita bti possi deamus terrā uiuētiū q̄ p spūm pietatis & māsuetudinē obtineamus:unde bti mites qm̄ &c.sed libera nos ama lo.petitio liberari a malo: donū timor uirtus: paupertas spūs: beatitudo:regnū celorū. uitiū cōtra q, inanis gl'ia: sed libera &c.ē liberatio a malo culpe ad Roma.vi.libe rati a pctō:serui aūt facti deo.miserie.roma.viii.creatura liberabitur a seruitute corruptióis i libertatē gl'ie filiorū dei.ē liberatio amalo pęne eterne.osee.xiii.de manu mor tis liberabo eos:de morte redimā eos: mala p uirtutem pauptatis spūs bona adipiscamur quatenus exclusis ui tiis & cōtēptis terrenis.habeamus eterna.s.btitudinē re gni celorū.q, lucifer & primi parētes p uitiū inanis gl'ie amiserūt. amē.Hie.aut apud hebreos unū ex trib9 solet submitti. amē: salon.sela:significat:uere uel fideliter pa cem: semp.Nota q, dici solet q, amē q̄n̄q; tenet noialix ter: Apoc.iii.hec dicit amē testis fidelis & uerus qui est

principium creature dei: quãdoq; tenet aduerbialiter ut ibi amen amen dico uobis: quandoq; tenet uerbaliter ut hic. amen. i. oĩa predicta fiant nobis ex tua gratia.

Finis pater noster.

Incipit tractatus de Regimine prelatorum.



T scias quomodo oportet te in domo dei conuersari: quę est ecclesia dei uiui: ut qui iam didicerat ab eo sancte uiuere: per se sciret etiam qualiter deberet & aliis utiliter & meritorie præesse. Magna enim differentia est inter scire humiliter subesse: & pacifice coesse: & utiliter preesse: unde Bernard. multos cernis sub magisterio qete uiuere: quos si iugo absoluas uidebis non posse quiescere: nec a qualibet re innoxios se seruare: rursum quosdam inuenies cum omnibus quãtum in se est pacifice uiuere minime quidem egẽtes magistro: nec tamen idonei magisterio: quadam si quidem bona mediocriter contenti sunt: sicut eis mensura gratie partitus est deus: socialiter enim inter frates sciunt & pacifice uiuere: super frates uero positi non solum inutiliter pre sunt: sed insipienter & nequiter. Qui enim suscipit officium ut alios bonos faciat oportet ut hanc bonitatis disciplinam prius in se studiose exercendo didicerit. & ex frequenti usu in habitum uerterit. unde dñs prius legitur fecisse quæ post erat uerbo docturus. Acto. i. cepit iesus facere & docere. insipientes indigent magi-

stro ut doceantur que ignorant.s.saluti sue & profectui necessaria & utilia quid uitare debeant: quid sapere: qd facere: quid sperare: quid timere: & inter minus uel maius bona: uel mala discernere. hebreorum.v. indigetis ut uos doctrinam que sunt elementa exordium sermonũ dei. hec Bonauen.

¶ Ut exerceantur in operibus uirtutũ. quia nõ sufficit scire bonũ nisi etiam opere exerceatur: Sicut qui audit medicinæ scientiã & postea praticando exercet eã: quia exercitium operis plenius imprimit mentẽ cuiuslibet disciplinæ peritia: q̃ solus auditus: Et quia imperfecti segniter se in uirtutũ studiis exercere solent: expedit ut alii ad hoc aliquãdo cõpellantur: ideo magistri solent discipulos suos quos pfectos cupiunt fieri in diuersis uirtutum exercitiis occupare modo in opibus humilitatis: modo fraterne charitatis: modo sobrietatis. modo deuotionis mõ patientiæ castitatis. taciturnitatis: obediẽtię: & aliarum uirtutũ. ut & ipse uirtutes sic exerceãtur & usitentur & uitia his cõtraria expugnẽtur: quia quãto magis uirtus pficit: tanto plus uitiũ oppositũ debilitatur. ephe. vi. educate illos in disciplina &c. hec Bona.

¶ Qui ergo aliis preesse debent: utiliter oportet eos uariis esse preditos uirtutibus: et alias habere apud se quibus irreprehẽsibiliter uiuat. alias ad suos superiores quibus humiliter eis in quibus debẽt obediant: & alias ad subditos quibus eos meritorie regant: & ad meliora p moueant: qui aũt pro se magistro nõ indigent, debẽt ita esse scientia illuminati: q nihil errẽt in iis que scire neces

ario eos oportet:& qui decipi nō possunt ab hoīe uel de
mone uel a proprio sensu sub spetie boni: donū discretio
nis spūm diuinitus adeptæ.ad philipens.iiii. ubiq; & in
omnibus institutus sum. Bonauen.

¶ Sapiens.n.quasq; res ponderat pro ut sunt tā bonas q̄
malas:insipiens aūt quandoq; magna pro paruis repu-
tat.& leuia quasi maxima ponderat.trabem festucā iu-
dicat: aliquādo culicem & gluciendo camelū. Lucę.xi.
decimatis mentā & rutā & relinquitis q̄ grauiora sunt:
tales zelo proprio ferūtur: & nō spiritu dei in hac parte
aguntur:sicut quidā pro una inclinatiōe in choro negle
cta plus accenduntur puniēdo:q̄ pro longa detractiōe
de alio religioso excitata.grauius indignantur pro uer-
siculo & rubicula neglecta:quam pro magna perturba
tione cum scandalo procurata. Bonauen.

¶ Verus igitur iustitię zelator:primo cauet ne malū ali
quo modo faciat:uel doceat.ii.ne licēter uel cōcedat qua
cunq; importunitate seu circūuentione molitus.iii.ne fa
ciat uel diligat fieri:etiā si eo irrequisito fiat uel absente.
iiii.ne dissimulet & taceat quasi nesciens, cū ad eum per
tineat arguere & ostendere quantū malū sit : & deterre
re ne ulterius audeāt similia attētare.qnto ne inultū esse
patiatur:qa aliquid boni parit peccāti castigatio.s.q; ip
se q fecit prohibetur ultra peccare. Io.iā noli peccare ne
deterius tibi aliqd cōtingat:itē quia purgatur a pctō ne
adeo postea durius puniatur.prouer.xxiii.tu uirga pcuti
es illū & aīam illius de inferno liberabis:quia p hoc alii
erudiūtur ut caueāt similia ppetrare.unde prouer.pesti-

lentię flagellato sapiẽtior erit paruulus.i.tenellus.et no
uus cautior eẽ discet: ꝙ quia hely sacerdos nõ fecit: mor
tis sniam cum filiis peccantibus excepit. Bona.

¶ Pręlatus.n.uicarius dei cui data est potestas adnõ su
per familiã suã.et cui debẽt subditi ea de causa uice dñi
obedire.s.nõ corrigit delinquẽtes.si pmittit sub se uicia
crescere et consuetudines malas oriri.et exortas robora
ri et dilatari: si uidet regulares obseruãtias dilabi: et trãs
gressiones multiplicari: et pro posse nõ obuiat tã presen
tibus malis q̃ iminẽtibus, triplicẽ deo reddet rationẽ pri
mo pro sua negligẽtia: qñ nõ fecit ad ꝙ officio teneba-
tur. cap.vi. cũ essetis ministri regni illius nõ recte iudica
stis: nec custodistis legẽ iustitię: neq; secundũ uoluntatẽ
eius ambulastis: horrẽde et cito apparebit uobis: quoni
am iuditiũ durissimũ his qui pre sunt fiet &c. secundo ꝙ
oĩa peccata subditorũ que poterat & debuerat correxis-
se & precauisse imputãtur ei: ezech.xxxiii.si fueris locu-
tus ut custodiat se ipm a sua uia ipse in impietate sua mo
rietur: sanguinem aũt eius de manu tua requiram.iii.pro
abusione honoris et potestate sibi collate: quam ad pro
priam gloriam et commodum rector sit: et nõ ad quod
data est ei.Mathe. xxv. tollite ab eo talentũ: et pre utilẽ
seruum eiicite in tenebras exteriores ubi fletus et stridor
dentium.hec Bonauen.

¶ Bonus aũt prelatus agnoscit se fratrũ suoꝝ patrẽ: nõ
dñm: & exhibet se eis medicũ: ñ tirãnũ: nec reputat eos
ut iumẽta sua uel seruos emptõis: sed ut filios heredita-
tis superne consortes: & facit eis sicut uellet sibi fieri si

similiter indigeret. sed fortes & sani nō sentiunt ꝙ sentit eger. ideo nesciunt eis cōpati. scient aūt postea cū dolebunt. ꝙ si obiiciant: quia sepe fingunt se quidē debiliores ꝙ̄ sint nūquid propter hoc omnes sunt ipocritę iudicandi: cū ecōtrario pro paucis iustis multis malis dominus uoluerit parci. unde ezechiel. xxxiiii. ꝙ infirmū fuit non cōsolidastis: & ꝙ egrotum nō sanastis. & ꝙ fractū non alligastis. & ꝙ perierat nō quesistis. sed cū austeritate impastis eis: & cū potentia &c. unde Bern. ut qd grauatis iugū uestrum cū cernitis discipulorū quorum uos potius iugum portare debetis, onera. producit ubera: pecora lactate quiescant. & si interdum seueritate opus sit: paterna: non sit tirannica: unde nūmeri. xi. porta eos in sinu tuo: sicut portat mulier infantulum suum. & defer in terra pro qua iurauit &c. Ita superiores qui fideliter subditos suos defendunt a turbine peccati, necesse est sepe diuersarum excipere tempestates aduersitatum: sicut gallina pro pullis se obiicit miluo ut eos defendat. Hec. Bonauentura.

¶ Studeat scuto patientię opponere: ut modeste & mature & benigne ad singula respondeat. & impetum feruoris reprimat. ne in uoce: aut uultu: seu moribus impatientiam ostendat. tunc. n. magis proficit per patientiā. & tādem deuincit quos ipetuose agēdo amplius prouocaret. sic gedeō modeste respōdens uiris effraim cōtra se iurgātibus cōpescuit spūm eorum quo tumebāt. iudic. viii. unde prouer. xv. respōsio mollis frangit iram. sermo durus suscitat furorem. uix. n. cōmotio cōmotione seda

tur. & uitium uitio non sanatur. & prouer. xiiii. qui ipatiens est exaltat stultitiam suam. s. aliis pandendo reddit eum subditis & aliis contentibilem: Impatientia. n. prelati confundit quæ promoueri poterat bona: his modis alios scandalizat. prouer. xv. uir iracundus prouocat rixas: qui aūt patiens est mitigat suscitatas. Bonau.

¶ Studeat esse pacificus. ut nec uindicet se de illatis iniuriis: nec i corde oderit illos: nec curam eorum segnius agat: nec quęrat a se remouere: imo libentius teneat eos ut per hoc & illos & alios edificet bene faciendo ingratis: & ut per se uirtutis exercitium tantum in eis habeat exēplo summi pastoris. Lucę. vi. eritis filii altissimi: qa ipse benignus est super ingratos & malos: Cum. n. sit proprium officium pastoris docere uirtutes: si uitiosos remouet a se: quos docebit? si medicus fugit egrotos, quos curabit? si fortis tyro declinat ipetētes se: quomodo assequetur triumphū gloriæ? si negociator negligit merces in quibus magna lucretur quomodo poterit ditari? inde est quod inter alios tot sanctificati sunt episcopi & prelati: quia tam agendo bona: q̄ patiendo aduersa & alios edificando: ad alta perfectionis culmina officii sui occasione peruenerunt. th. iii. qui episcopatum desiderat &c. Bonauen.

¶ Studeat esse patiens: ut non minus sit uoluntarius & studiosus ad exequenda ea que officii sui solicitudo requirit propter tedium laboris: uel tarditatem profectus uel importunitates subditorum uel alia grauamina. qa sic ad alta merita peruenitur. parali. xv. uos ergo con-

fortamini & non disoluantur manus uestre: erit. n. merces opere uestre. Iste manus prelati sunt instātia in agēdo & patientia in sufferendo quod grauat: quasi nō dissoluantur per desidiam: seu intolerātiam: merces eterna erit cumulata: per has nāq; aduersitates rector a peccatorum puluere purgatur: quem contrahit ex humanę infirmitatis surreptione. In multis. n. offendimus omnes. etiam ī pluribus negociis plures negligentiis sepe fiunt: a qbus purgari necesse habent hic prelati: ne illis durius puniantur: & regū. vii. si iniquo aliquid gesserit corripiā cum in uirga uirorum: & in plagis filiorum. Bona.

¶ Custos. n. salutis & profectus boni rectoris: est humiliatio aduersitatis: sine qua cum successus prosperitatis cito releuasset in uentum presumptionis. unde dauid secundum cor dei electus: quando premebatur aduersis, deuotissimus fuit: & humilis. Io. bonū mihi quia humiliasti me: Item ut dictum est: meritum eius ex inde multiplicatur dum non solū pro bonis que in se & in aliis promouet gloriam acquirit: sed & pro aduersis que patitur magnifice coronatur. sicut aurum quod per ignem probatum: fit pulcrius & preciosius. cap̄. iii. tāquam aurum in fornace. Bona.

¶ Animare ēt debet rectorē ad laboris tolerantiam, qꝛ nō minus meretur ī illis q deficiūt uel modicū proficiūt: q̄ ī his q maxime proficiunt. nō. n. dicit apl's corinth. iii. unus quisq; propriam mercedem accipiet secūdum proprium profectum: sed secundū suum laborem. dei. n. est incremētū dare. plus. n. laborat doctor ī indocili: q̄ ī do

cili discipulo. & ideo apud iustum extimatorē laboris: plus meretur in terra sterili & saxosa agricola plus laborat: & si fructus paucior: sed p̄ciū maius: & q̄ difficilius elaborantur: sepe carius uenduntur. Bona.

Ut sit exēplaris i uita: ipe debet nāq; ceteris eē norma uiuēdo. ut quę docet uerbis: oñdat actionū figuris: sicut q geometriā docet: pigit i sabulo figurarꝝ demōstratōes ut quod dicit mēs capiat. Io. xiii. exēplū. n. dedi uobis ut quēadmodū ego feci uobis: & uos ita faciatis: iudic. iii. Gedeon ait q me facere uideritis hoc facite: Bona.

Quāuis igr̄ nō solū i p̄fatis: sed i oib⁹ uirtutū exēplis debeat rector p̄cedere subditos: spālīter tamē i his trib⁹ i cōis obseruātie cōformitate: in māsuetudis humilitate: i maturitatis honestate. Ad titū. ii. in oibus te ipm prebe exēplū bonorꝝ operꝝ: i doctrinā: i itegritate: i grauitate: Idē: cōem uitā cū ceteris obſuet: i uictu: i uestitu & labore. ut nō uacet cōuiuiis & potationibus: cū alii sobrio cibo & potu utātur. nec sit eis dissimilis hitu cū qbus est ei ꝓfessio cōis: nec a labore ceterorꝝ se subtrahat: q illos iubet in eisdem laboribus exerceri. pastor si se a grege segregat: oēs insidiis luporꝝ exponit: sanus sit sanis: & ifirmus infirmis: corinth. ii. factum sum infirmis infirmus. s. exemplar ut infirmos lucrarer. Bona.

Sit ēt humilis morib⁹. ut mores ei⁹ ostēdāt cū nō alta de se sētire: nec affectare p̄latiōem: sed tiere: & coactū tenere: & magis desiderasse subesse. & eos qb⁹ p̄est: meliores se iudicare: & eorꝝ potius se seruū q̄ magistrꝝ uel dominū reputare. luce. xxii. q maior est in uobis fiat sic:

minori: & qui precessor est sicut ministrator! ego in me
dio uestrum sum sicut qui ministrat &c.eccle. xxxii. Re
ctorem te posuerunt &c.sit etiam humilis affabilitate
ut subditi facilē accessum ad eū habeāt:& fiducialiter ei
loqui de quibus indigent audeāt: & patienter eos audiat
& benigne eis satisfaciat:& studiose instruat: & alacriter
exhortetur. studeat magis amari quam timeri.quia libē
tius obeditur ei qui diligitur q̄ ei qui timetur:obedientia
dilectionis propria est uolūtaria .timoris aūt magis est
coacta: quantū ergo illa habet de uolūtario:tanto subli
mior ē in merito: finis aūt officii regiminis est, comissos
sibi ad uitam eternam dirigere: & ad similia uirtutū me
rita promouere fideliter. Bonauen.

¶Sit etiā humilis in usu rerū temporaliū: ut nihil habe
at pōposum uel diligat:sed oīa que habere uidetur pau-
pertatem uoluntariā demonstret:& humilitatē ostēdat
s.uestes:libri: cellula:lectus.utensilia.mēsa:palea: et hu
iusmodi:ut nihil in oibus appareat: ꝙ notā iactātię uel
curiositatis habeat:nec talia fieri ab aliis patiatur.similia
etenim similibus congaudent.alta sublimibus.humilia
humilibus delectando.non est.n.humilis cordis iuditiū
curiosa querere: preciosa affectare: nec excelsa ambire:
Iob.lxi.omne sublime uidit:ipse est rex super uniuersos
filios superbię: idē non sit leue in proposito:& inconstās
in consilio:ut quod iam placet: mox displiceat:modo ue
lit unū: modo contrariū:ubi rōnabilis causa nō apparet
unde Ber.tolle discretionē:& uirtus uitiū erit. Bona:
Ad statū debitū tenēdū:cōuēit ut rector oīm subditorū

mores & cõsciẽtias & uires perspicue agnoscat, ut secũdum ꝙ unicuiq; expedit onus obseruantia regularis iponat. non. n. omnes possunt equaliter oĩa. ut unus quasi proprium habet donũ ex deo: alius sic alius uero sic. & secundum ꝙ conuenit singulis, onus religiosæ conuersationis imponere. Bonauen.

¶ Rector igitur: & hanc gemmam ferat in pectore. ut sectatores doceat & prouocet: non solum uiam tenere qua saluentur: sed etiam ad perfectionem tendere. per quam sublimẽ in cælo gloriã assequãtur: Idẽ una circũspectio sui uersatur circa conscientiæ serenitatem: ut illa semp secura sit & munda. Secura sit ut nihil uelit: agat iubeat uel permittat illicitũ: & indecẽs professiõi ꝗ; sue contrariũ: in quo peccatũ seu scandalũ deprehendatur. Mũda: ut de bonis que facit uel promouet gloriã ab hominibus nõ captet nec sibimet ex inde ĩ moderate placeat. solus dei bene placitũ in oĩbus querens: ut que pro eo facit. i. uice dei etiã pure faciat: propter eũ & ipsius amorem. Math. vi. si oculus tuus simplex fuerit: totũ corpus tuũ lucidũ erit. hoc ẽ: si ituitus intẽtionis purus fuerit caritate: totũ corpus bonæ operatiõis dignũ erit pręmio lucis eternæ. si aũt neq̃ fuerit &c. scrutetur ergo consciẽtiam suã: & solicite diudicans quid egerit. quid omiserit de agendis. & quo fine bona fecerit: & de malis doleat & confiteatur. & corrigat & caueat. de bonis uero non in se: sed in domino glorietur ad corinthi. ii. Si nos metipsos diuidicaremus non utiq; iudicaremur: qui puluerem ab aliis detergit: uix põt transire: nisi ipse puluere resper

gatur. quē ēt in se detergere necesse habet! lucę. iiii. Me dice cura teipsum. Idem: de bonis uero quę facit: sic lete tur ut idem non extollatur: extimans q᷑ non propter se: sed propter alios: quibus preest deus dederit ei benefa-cere: uel dicere: uel sentire. Bonauen.

¶ Alia circunspectio sui uersat urcirca exteriores mores & uerba quibus oportet: eum aliis magis q̄ sibimet de-seruire. qui. n. pluribus cogitur uiuere ad exemplum & satisfacere singulis & omnibus placere: multa indiget di-scretione. ut medium ualeat tenere: ne sit nimis socia-lis: uel alienus. nimis tacitus: uel uerbosus. nimis durus loquens: uel blandus: nimis Rigidus: uel remissus. ni-mis sepe cum hospitibus: uel raro. nimis laute reficiens uel tenuiter: nimis facta fratrum obseruans: uel dissi-mulans. nimis fouens aliquos: uel alios paruipendēs et similia: cum ergo non possit semp er teneri quod de om nibus placeat: minus tamen deuiat si ad benignitatis partem plus declinat: per quam redditur subditis ma-gis amabilis: ob quam ei libentius obtemperant: & au dacius ad eum recurrunt: inquibus indigent: et alacrius imitantur: ipsa enim potestatis auctoritas facit eum sa tis timendum subditis: & si huic iungitur austeritatis se ueritas, pauidis fit mentibus onerosa. ezech. xxxiiii. uos autem cum austeritate imperabitis eis: & cum poten-tia: & disperse sunt oues meæ. Ecclesia. noli esse quasi leo in domo tua subuertens domesticos tuos: hinc est quod ipse summus princeps pastorum dn̄s iesus: tantam no bis benignitatis charitatem exhibuit ut se nobis faceret

amabilem: & ita imitabilem: & per amorem sue huma nitatis traheret ad amorem & cognitionem sue diuinita tis: ut dum uisibiliter deum cognoscimus per hunc inui sibilium amore rapiamur. Bonauen.

¶ Sic & uicarius christi prelatus adhoc maxime stu deat a subditis diligi: ut sic facilius trahat eos ad amorē christi in omni tamē dubio semper magis inclinet se ad illud: quod secundum ueritatis iudicium uirtuti charita tis & humilitatis & professæ puritatis magis consonat: & euangelicę professioni: etiam ipsa discretio que cete ra omnia diudicat: circunspiciat se ipsum, ne illi contin gat ut oculo corporis. qui cum alia uideat non uidet se ipsum. uidelicet ne plus sapiat quam oportet sapere: ne sibi plus credat quam expedit: ne sit sapiens in oculis su is: quia teste beato Gregorio: sicut subditorum tempta tio est: reprehendere in prelatis. ꝙ in multis non recte a gunt: in prelatorum temptatione: ꝙ se ceteris sapiētio res extimant. prouer. uidisti hominem sapientē sibi uide ri magis illo spem habebit stultus: stultus enim sibimet non confidens: querit consilium sapientis ne decipiatur ille autem dum se plus quam debet presumit: etiam ubi errat recte se plerumqꝫ sentire deceptus putat: inter om nes autem tentatiōes uidetur ista periculosior: cuiqꝫ chri stiano scilicet proprio sensui nimis inniti: Aliqui uero cū ad officium regiminis assurgunt: ita se continuo reple tos spiritu scientie reputant: ut omnia antecessorum suo rum facta stulta iudicent & peruersa. Isaiue qui spernis non ne & ipse sperneris. Bonauen.

¶ Sunt enim duo genera hoĩum: quorũ consilia prudens rector non facile debet recipere. s. adulatores & detractores. Primi istorum seducunt eũ: ut magis de se quã expedit presumat. Isaya: qui beatũ te dicunt ipsi te decipiunt: ut uia gressuũ tuorum dissipant. ne de te uera sentias & humilitate proprie cognitiõis. secundi inducunt eũ ut peius q̃ habet de aliis suspicando sentiat: & sepe innocentes condemnet: & prius quam ueritatem rei cognoscat. hester. xvi. aures principum simplices: & ex sui natura aliud extimantes: calida fraude decipiuntur.
¶ Rector non enim solũ pro se orare necesse habet: sed pro illis qui sibi comissi sunt: quos non sufficit sine diuino auxilio custodire: est enim prelatus mediator inter deum & subditos: ut sicut negociũ dei gerit apud illos. docendo. corrigendo. sursum agendo: ita etiam negotia eorum studeat apud deum fideliter promouere: placando: gratiam impetrando: & cõseruãdo a malo: Deutero quinto ego sequester & medius fui inter deũ & uos: Alia aũt est deuotio cõmunis: alia spũalis. alia assidua: cõis ĩ diuinis officiis. spũalis in orationibus: assidua in oĩbus agendis. ut nos metipsos sic assidue ad deuotionẽ excitemus: & ignẽ amoris dei per hoc nobis ne per desidiam seu alias occupatiões tepescat: cõtinue reaccendamus. Leui. vi. ignis ẽ iste prepetuus qui nũq̃ deficiet quẽ nutriet sacerdos in altari subiiciẽs mane ligna: ignis est deuotionis seruor q semp in altari cordis ardere debet: quẽ sacerdos deuotus semp subiiciẽdo ligna diuinę laudis debet nutrire: ne quando extinguatur: psalmus. benedicã

domino in.o.tempore. Bona.

¶ Inter omnes ergo exteriores obseruãtias maior debet diligentia diuino officio adhiberi. ut sicut dictum est ordinate fiat: strenue & deuote: alia.n. tẽpora facimus pro deo: in hoc aũt assistimus deo: & intẽdimus deo. & alloquimur eũ: & nos ipse simul: et pro nr̃is necessitatibus eius auxilium postulamus: q̄ si prelatus prępeditur uariis curarũ distractionibus: speciali deuotiõe sępius intẽdere. saltim interdum cũ oportune: uidelicet quasi furti & raptim ad orõnis studiũ se cõferat: ne oĩno refrigescat ne ĩ dissuetudinẽ orãdi ueniat: ne deo alienus efficiatur: ne grã diuinę ppitiatiõis ei quasi insensibiliter subtrahatur: unde moises cũ per populi negotia exterius uexaretur: crebro in tabernaculum fęderis ad deum recurrit: familiare ipsius colloquium ibi ex petens. quo intrinsecus in spũ reficeretur: dominus quoq; diebus predicans turbis noctibus in oratiõibus solus pernoctauit: & licet parua mora detur prelato orandi: tamen quia pro aliis debet ex offõ orare: datur ei quãdoq; pp alios copiosior orandi gratia. ut quibus prodest agendo, possit ẽt orãdo prodesse: tm̃ nõ negligat q̄rere. nec abiciat cũ offertur. ne ex merito ingratitudinis: ab eo gratia elongetur: assidua deuotio semp ei debet adesse. sicut & q̄buslibet ꝓficere uolentibus in religionis uirtute. ps. ꝓuidebã deo in cõspectu meo semp: oculi mei semp ad dominũ. Bona.

¶ In oĩ loco & tpe semp debet hoc studere deo ĩtẽdere. q̄si sit corã eo p mẽtis ĩtuitionẽ: unũ solebat dicere helias & heliseus. iii. regũ. xviii. uiuit dominus ĩ cuius cõspectu

sto. sicut. n. angeli quocũq; mittantur: tñ a diuina contẽplatione nõ recedũt: Ita hoc uirtutis pro suo posse sp dei memoriã a suo corde nõ remoueat: uñ si aliqñ cõtigerit semetipm redarguat. uñ Ber. oẽ tps quo de deo nõ cogitas: puta te pdidisse: Nã & si pfunde nõ possis cogitationẽ tuã sp in ipm desigere meditãdo: saltẽ memorãdo cordis intuitũ in eũ dirige. & cũ datur oportunitas, ipsa memoria i medietationem seu orationẽ formetur: sicut q materiã formãdc imaginis secũ circũfert: ut cũ hũerit oportunitatẽ aliqd in ea sculpendo operetur. Bona.

¶ Licet aũt q psunt aiabus has uirtutes nõ possint oẽs eqliter hẽre: tñ oino necessariũ est eis: aliqtenus nõ carere: tã pro fructu edificatiõis illoꝝ qbus psunt: q̃ pprie salutis pfectu. quilibet igitur religiosus: q seipm hẽt regere: & de sui ipsius regimine rationẽ deo ẽ redditurus i extremo examine, his alis & pennis quãtũ sibimet indiget: debet adornari & in superna subleuari. ut sit feruẽs i iustitia: cõpatiẽs pximis pp deũ: patiẽs i aduersis bono exẽplo alios edificãs: circũspectus i oibus & sup oia deo per oratiõis studiũ familiariter adherens: q eũ in oibus ptegat dirigat: & pmoueat: & tãdẽ ad celestia euolare faciat: quod nobis prestarẽ dignetur Iesus christus. amẽ.

Finit tractatus de regimine prelati extractus de li. sancti bonauen. intitulato de sex alis seraphyn

¶ Nota qd in missa cogitãdũ est. De negligẽtia circa corpus christi. bonauentura in libro de paruo bono.


Ota de sacramento quod dominus propter nos semper totus ibi est & nos raro uel nunquam ibi toti sumus propter eum. Item q ibi est precium redemptionis nostre & non liberamur: & hoc stat per nos. Item q ibi uere est deus & non uidemus eum ad quẽ uidendum creati sumus. Item q ibi est paratior ad liberandum nos: quã nos a miseria liberari. Item q ipse ad salutem nostram instituit hoc sacramentum: & tam studiose: nos uero tepidi: imo toti frigidi hoc consecramus. Item quod ipse ibi cum angelorum frequentia: nos cũ magna cordis i rreuerentia. Item q ipse ibi ardens est pro nostra dilectiõe: nos ibi remissi in gratiarum actione. Itẽ q ipse ibi. est cibus angelorum ad nostram refectionẽ: & nos nõ gustamus eũ propter nostram corruptionẽ. Itẽ q qcqd dispergimus per culpã: ipse ibi congregat per gratiam: nec tamen grati sumus. Item q ipse se ibi offert precium redemptionis nostrę sine tedio: nec tamen liberamur oĩo: uis ergo scire que & quãta & qbus debeas. Primo pro xp̃o oẽm uitã tuã ponere: qa ipse suam posuit: & cruciatus diros sustinuit: ne tu perpetuos sustineres. sed confer premia oĩs uite filiorum adam: & oẽs dies seculi & labores oĩum hoĩum: q fuerunt sunt & erunt, nihil erunt ad cõparationẽ illius corporis: q, spectabile & ẽt stupẽdum est uirtutibus supernis: in conceptu de spũsctõ: in ortu de uirgine: in uitę innocentia: in doctrine affluentia: in corruscationibus miraculorum: in reuelationibus sacramentorum: sicut igitur exaltantur celi a terra: sic exaltata est uita illius

a uita hominum? que tamen posita est pro uita nostra. sicut.n.nihil ad aliquid nullã habet comparationem: ita uita nostra ad uite illius proportionẽ: cum illa nulla di gnior sit nostra: nulla miserior esse põt cum ei me deuo- uero, quid queso sum. non ne sicut stella ad solem? gutta ad fluuiũ? lapis ad mõtem? sed nõ huic soli debitor sum cui nihil retribuere possum. exigunt a me preterita pec- cata mea futurã uitam meã. ut faciã dignos fructus pe nitentię: & recogitem oẽs annos meos in amaritudine animæ meę. sed ad hoc quis idoneus? peccaui super nu- merum arene maris: & multa sunt peccata mea: & non sum dignus aspicere celũ &c. quod igitur sine numero ẽ quomodo numerabo? quomodo sufficiã? cũ cogar red dere debitum usq; ad nouissimũ quadrantẽ: sed & deli- cta quis intelligit? Quantũ peniteam: quantũ libet me affligam & macerem propter nomen tuũ: non propter penitentię meritum, propiciaberis domine meę aię mul tum est enim: cum igitur quid quid uis: quid quid sapis: quid quid habes: quid quid potes huic uni rei dedicaue- ris, nunquid aliquid est: uel in aliquid computandum ẽ. sed & tertium debitorẽ ostendam tibi: qui nõ minus acri ter: quam ueraciter sibi uindicat uitam tuã. puto enĩ ꝙ possidere desideras gloriam illam: quam nec oculus ui dit: nec auris audiuit &c. regnum omnium seculorum: ui uere in ęternum in perpetuas eternitates: credo ꝙ uelis equalis esse angelis dei: & in plateis superne hierusalem melos angelorum audire: & uidere quid quid est: illud uel erit: quando deus erit omnia in omnibus: non ne ad

hoc totum te & quantumcunq; undiq; trahere poteris dare oportebit: & cum omnia impleueris nõ tamen cre das condignas esse passiones huius temporis uel corpo ris ad futurã gloriam: quę reuelabitur in nobis. Quid di ces: & si quartum debitorem adduxero in mediũ: qui si bi iure primatus tres superiores excedere uelit. ecce in ia nuis est: qui fecit celum & terrã creator tuus: tu creatu ra: tu seruus: ille dominus: ille figulus: tu figmentũ. totũ ergo quod es, illi debes: a quo totum habes: ille preci pue dominus: qui & fecit te: & benefecit tibi: qui & tibi ministrat siderum cursus: aeris temperiem: iocunditatẽ terrę: fructuũ ubertatem. huic reuera totis medullis. to tis uisceribus seruiendũ est: ne forte indignationis oculo te respiciat ac despiciat: & conterat te in eternũ. Expone igitur mihi cui horũ. iiii. proponis reddere quod debes: cum unuscuiusq; tam interius q̃ exterius exactor sit: ut te singulariter possideat. Eya domine uim patior. respon de pro me: quia horum quatuor quilibet de iure me tene re potest: & suffocare: in manus tuas comendo spiritum meum: tu persolue omnibus. tu ab omnibus me libera. quia tu es deus & non homo: & quod apud homines im possibille est, possibille est tibi dñe deus nr̃. Hec Bona.

Incipit alphab tum paruũ boni monachi in scola dei ordin tum a sancto Bonauentura.

Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tu as edoce me. obsecro te deus meus doce me uias

bonę uitę pro salute animæ meæ.



Ma nesciri: & pro nihilo reputari. hoc tibi salubrius est & utilius quam laudari ab hominibus.

¶ Beniuolus sis oībus bonis & malis: & nulli onerosus.

¶ Custodi cor tuum ab euagatiōe: os tuum ab ociosa locutione: & ceteros sensus sub rigore disciplinę.

¶ Dilige solitudinem & silentium: & inuenies quietē magnam: & conscientiā bonam. ubi. n. multitudo: ibi frequenter strepitus: & magna distractio cordis.

¶ Elige paupertatem & simplicitatem: & cum paucis sis contentus: & non facile murmurabis.

¶ Fuge homines & seculi rumores: quia non pōt esse satis deo & hominibus: eternis & transitoriis.

¶ Gratias age deo semper corde & ore: qualiter cūq; tibi succedit: in grauamine & dolore. Nā deus oīa prouide dispensat. in mundo uero & recto iuditio ab eterno.

¶ Humilia te in omnibus & sub omnibus: & inuenies gratiam ab hominibus: eris quoq; deo acceptus: et hominibus dilectus: et diabolus fugiet citius propter humilitatis uirtutem sibi ualde contrariam.

¶ In oī opere bono habeas intentionē puram: ad placendum deo q inspector est cordis: et diligit iustos et puros.

¶ Carissimos reputa amicos: et patronos: qui te premūt et uituperant. si. n. recte sapis et consideras: lucrum inde acquires. nam prosunt tibi in bono quę obsunt in malo.

¶ Labore et dolore cū gemitu et fletu acquiritur regnū dei. delitiis et honoribus perditur paradisus.

¶ Magnū donum dei est pauperem esse in hoc mundo propter xp̄m: et infimū tenere locum. magna superbia altum petere gradū. ad alta semper diabolus suadet: honores ambire: fugere despectum: ut cadat ascensor eius retrosum: cum ad breue dominatus fuerit pauperū, minima dona per magna reputa: eris et dignus maiora accipere.

¶ Neminem spernas. nulli noceas afflicto et egeno cum doleas: et nunq̄ te extollas.

¶ Omne tempus cum deo utiliter expendas. nihil. n. preciosius tempore in quo promereri potes regnū dei in perpetuum: oībus quoq; te amabilem: benignū: & affabilē sine dissimulatione exhibeas. oīa bona ad laudē dei referas: & sine consilio & deliberatione nil facias.

¶ Primo semper quære in opere tuo, an deo placeat: uel displiceat: nec timore nec amore age contra conscientiā tuam in dubiis ad scripturā & obediētiam prelati tui recurre: nec tibi ipsi nimis confide. prius disce tacere q̄ loqui. potiusq; uelis instrui q̄ docere. tutius est. n. uelle latere quam apparere.

¶ Quęcunq; ad te nō pertinēt, de his nō iudices: nec te intromittas: ut semp pacē habeas. Qui cōia sectātur: & singularia uitat, magis diligetur. & citius ad bonū finē perueniet. qui tēpestiue facit q, debet: letior postea erit.

¶ Reuertere ad interiora cordis tui & claude ostia oris tui: ne uagari incipias per uaria desideria mundi consilio diaboli. Nocent mala audita: tentant pulcra uisa turbant illata uituperia. recede ergo ab homine iracūdo

indocto: dissoluto, & mane in silentio cum deo.
¶ Sobrius esto in uictu: modestus inuestitu: prouidus i uerbis: honestus in moribus: maturus in consilio: fortis in aduersis: humilis in opprobriis: & humilis in prospe ris: gratus in beneficiis: hilaris in despectibus: patiens in doloribus: discretus in omnibus agendis.
¶ Time deum offendere in minimis negligentiis: & de fectibus tuis. noli presumere in bonis: nec desperare in aduersis: timor dei facit recedere a peccato: & solicitat in bono opere: ut bonũ benefiat. totum te deo cõmitte, & q̄ tibi est graue fiet cito portabile. pax tua in patien tia multa: leuis est omnis tribulatio pro uita eterna.
¶ Vende deo oĩa cõmoda tua: & dabit tibi solatia me- liora gratia adueniente in una hora. nemo ditior: nemo liberior eo qui se ad omnia deo dat: & christum amãdo emit. qui mundum cruce redemit.
¶ Christus sit uita tua. lectio tua. meditatio tua: locu- tio tua. ipse desideriũ tuum: lucrum tuum. tota spes tua & merces tua: si aliud quæris quã pure deum, damnum patieris. laborabis & requiem non inuenies.
¶ Hymnos & psalmos canere monachorum est & cleri corum: quibus cõgaudent angelorum chori: laudantes deũ iugiter in regno celorum: seruire carni mors est cibus uermiũ: nidus demoniũ: uita peccatorum: fomes morbo rum: corruptio corporum: inquinatio morũ: perditio bo norum: acquisitio multorũ malorum & dolorum. seruire deo beatitudo anime: sanitas corporis: prudentia spũs: uita celestis: dulces hymnos deo cantat: qui in tribulatio

nę ſua deum ſemper laudat. initium & finis omnis boni religioſi deum corde amare: ore laudare: & fratrem exemplo edificare.

¶ Zachee frater deſcẽde de altitudine ſecularis ſciẽtię: ueni & diſce in ſcola dei uiã humilitatis manſuetudinis & patientiæ: per quã poſſis xp̃o docente ad eternę beatitudinis gloriam: ſecure peruenire. amen.

¶ Scribe mõache alphabetum iſtud in corde tuo: quaſi in libro uite: & per ſingulos dies cartulam tuã inſpice: & bonos mores aſſueſce. pauca ſunt uerba: ſed magna ſunt myſteria: & perfectorum opera: ornant exterius: & quietant interius a contemptu & ſui ipſius abnegatiõe

Incipit uita boni religioſi monachi: & proficit uſq; ad cõtemplationẽ dei.

¶ Finit alphabetum paruum boni monachi in ſcola dei ordinatum a ſancto bonauentura.

¶ Incipit alphabetum religioſorum incipientium ordinatum a ſancto Bonauentura.

¶ Ama paupertatem: ſis uilibus contentus.
Bonis ſemper actibus iugiter intentus.
¶ Caue multiloquium: ſtudeas ſilere:
Deum omni tempore pre oculis habere.
¶ Eſuriem amplectere gulam refrenando:
Fratrumq; conuiuia ſegniter ſectando.
¶ Gaudere cum gaudentibus cum flentibus plorare
Humilibus conſentiens maiores honorare

¶ In omnibus obediens prelato q; parebis
Raritatem insuper cum omnibus tenebis.
¶ Lumbos stringe lubricos domini timore:
Mundans cordis occulis casto cum pudore
¶ Nihil seruans proprium nudum sequens christum
Onus bene sufferens mundum uinces istum.
¶ Passum christum recoles corde gemebundo
Querens dei gloriam: nil aliud in mundo.
¶ Resistendo uitiis orando feruenter
Sacramentum sumere debes reuerenter
¶ Tu motum mentis cōprime: iram mitigando
Vna queq; colloquia solicite uitando
¶ Christo frui cupiens cellam frequentabis:
Iesum super omnia sic dulciter amabis.
¶ Zelo dei feruens charitatis igne:
Et in peccantibus ignoscas benigne

Non nomen sed factum
Non uerbum sed adiectū facit beatum.

¶ Corporis in partes christi diuisio fit tres
Tyncta datur uiuis: sed pars non tincta supernis.
Est donanda reis: tertia pars iustificandis.
¶ Isti uersus sic intelliguntur: prima pars missa in calice offertur pro uiuis christianis: qui in miseriis & pressuris huius mundi affliguntur & patiūtur: quatenus deus mitigare dignetur afflictiones eorum. Altera pars extra calicem reseruata offertur ad laudē & gloriam sancto-

rum qui iam triumphant in cęlo. tertia pars offertur pro his qui sunt in purgatorio: ut a penis citius liberētur & absoluanť: & gloria sicut ceteri sc̄ti perfruanť. Bona. ¶ Hec quotienscunq; feceritis in mei commemorationem facite unde bona. in memoriam. s. eorum que pro te in carne gessi. q̄ propter te derisus: illusus: crucifixus sum in mei inquit memoriam hoc sacramentum omniū sacramentorum excellentissimum ægrotis est medicina peregrinantibus dieta: debilesq; confortat: ualentes delectat: languores sanat: sanitatem seruat: fit homo mansuetior ad correptionem: patientior ad laborem: ardentior ad amorem: sagacior ad cautelam: ad obedientiam promptior: ad gratiarum actionem deuotior. ideoq; summopere studendum est ut quantum potueris ante susceptionem, digne te prepares: cogita q̄ iste quod tu sumis: erit iudex tuus. time igitur ne si indigne sumpseris: & sine reuerentia: post mortem inuenias iratum: cū ad eius tribunal presentatus fueris iudicandus: quem tremunt potestates: adorant dominationes. igitur cū feceris q̄ in te est accede in fide & fiducia: sperās de infinita dei pietate. hec Bona.

Alterius non sit: qui suus esse potest.

¶ Cinge caput lauro: tege corpus gēmis & auro.
Si fueris pridem remanebis rusticus idem.
¶ Cesset in alterius oculo reprehendere labem:
Qui solet in proprio lumine ferre trabem.

¶ Dulcia non meruit qui non guſtauit amara.
¶ Deſpice diuitias ſi uis animo eſſe beatus:
Quas qui ſuſcipiunt mendicant ſemper auari.
¶ Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines:
Dimidium facti: qui bene cepit habet.
¶ Et ſpe celeſti fit ſi quid habetur honeſti.
Et uenit a ſuperis: uel agas bene: uel mediteris.
¶ Error: conditio: uotum: & cognatio crimen
Cultus: diſparitas: uis: ordo: ligamen honeſtas
Si ſis affinis: ſi forte coire nequibis
Hęc ſocianda uetant coniugia: iuncta retractant.
¶ Fallitur inſcipiens uite preſentis amore:
Sed ſapiens neſcit quanta ſit plena dolore.
¶ Fert ſapiens omnis caſus patienter amaros:
Frena nec indomiti more recuſat equi.
¶ Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
¶ Felix qui potuit mundi uitare ruinam.
¶ Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
¶ Gutta cauat lapidem: non ui: ſed ſępe cadendo.
¶ Hoc eſt neſcire ſine chriſto plurima ſcire.
Si chriſtum bene ſcis: ſatis eſt ſi cetera neſcis.
¶ Inuidus affligitur lętis: letatur iniquis.
Detrahit: exultat: ſuſurrat: murmurat: odit.
¶ Inflammat: memorat: ſuſtentat: roborat: auget
Hoſtia ſpem: purgat: reficit: uitam dat: & unit.
Confirmatq; fidem: munit: fomitemq; remittit.
¶ Inſtrue preceptis animum ne diſcere ceſſes:
Nam ſine doctrina uita eſt quaſi mortis imago.

¶ Ludere qui nescit campestribus abstinet armis.
¶ Leuiter ex merito quid quid patiare ferēdum est:
Quę uenit indigne pena dolenda uenit.
¶ Nobilis est enim si quis uirtute refulget
Degener est solus: cui mala uita placet.
¶ Non in signe genus: non clarum nomen auorū:
Sed probitas uera nobilitate uiget.
¶ Nam diuturna quies: uitiis alimenta ministrat.
¶ Non metuit mortem: qui sit contemnere uitam:
Felices obeunt: quorum sine crimine uita est.
¶ Non minus est uirtus: q̄ querere parta tueri.
¶ Nemo placere putet: cuius presentia putet.
¶ Oderunt peccare mali formidine penę:
Oderunt peccare boni uirtutis amore:
¶ Opto placere bonis: prauis odiosus haberi.
¶ Omnia promittis: cum tota nocte bibisti.
¶ Optamus senium. cum uenerit est male uentum
Hoc est gibbosum. surdum: cecum: q; morosum.
¶ O felix mortale genus si semper haberet
Eternum prę mente bonum finemq; timeret.
¶ Primitus in mundo tecum tua quanta tulisti
Nudus eras primo: & postea nudus eris.
¶ Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figure.
¶ Principiis obsta: sero medicina paratur.
¶ Preterita ista dies nescitur origo secunda
An labor: An requies sic transit gloria mundi.
¶ Prodigium celum: portēta dat tibi terra:
Est monstrū presens: portentum sepe futurum.

Sti. Augu.

Quisquis amat dictis absentum rodere uitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.
Que culpare soles ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem:
Quod noua testa capit: inueterata sapit.
Qui non assuescit uirtuti dum iuuenescit:
A uitiis nescit discedere: quando senescit.
Disce puer dum tempus habes dum sufficit ętas
Tempora pretereunt more fluentis aquę.
Quid tibi nobilitas: quid clarum nomen auorum,
Si seruus uitiis factus es ipse tuis.
Quod iustum est petito uel quod uideatur honestum
Nam stultum est petere quod possit iure negari.
Quod minime nouit dicere nemo potest.
Quid faciunt leges ubi sola pecunia regnat.
Aut ubi paupertas uiuere nulla potest?
Iam nunc iuditium nihil est: nisi publica merces.
Quisqs habet nummos secura nauiget aura:
Fortunamq; suo temperet arbitrio.
Carmina componit declamat concrepat omnes:
Et peragit causas sitq; cattone prior.
Quod sapit insipidum, uitiosa frequentia reddit.
Quæris onus magnū dum magnū queris honorem
Rex sedet in cena cinctus turba duodena
Se tenet in manibus. se cibat ipse cibis.
Qui sequitur pacem, linguā tenet ipse loquacem
Non locus est pacis. ubi regnat lingua loquacis.

¶ Semper linguosis miscere litibus odi
Semper linguosus mentitur & est odiosus.
¶ Tempora longa tibi noli promittere uitę.
Felices obeunt quorum sine crimine uita est.
¶ Tuta mage pupis: modico quę flumine fertur.
¶ Vt corpus redimas: ferrum patieris & ignē:
Vt q; animo ualeas: quid quā tolerare negabis.

Augst. ad probum super orationē dominicalem.

[Q]uælibet autem alia uerba dicamus quæ affectus orantis uel precedendo format ut clareat: uel consequendo attendit ut crescat nil aliud dicimus: quam quod in ista oratione dominica positum est: si recte & congruenter oramus. qui. n. dicit clarificare in omnibus gentibus sicut clarificatus es in nobis, quid aliud dicit. quā fiat uoluntas tua? qui dicit ostende faciem tuam & salui erimus, quid aliud dicit quā adueniat regnum tuum? qui dicit paupertatē & diuitias ne dederis mihi, quid aliud dicit: q̄. pa. no. quo. da. no. hodie? qui dicit memento domine dauid & omnis mansuetudinis eius: & reddidi retributionem mihi mala, quid aliud dicit: quā dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus de. nostris? q dicit aufer a me concupiscentias uentris, quid aliud dicit q̄. ne nos in. d. in tentationem? qui dicit erue a me ab inimicis meis deus meus, qd aliud dicit quā libera nos a malo: & si per omnia precationum sanctarum uerba discurras, nihil inuenies quod in ista oratione dominica

non contineatur: quisquis aūt id dicit: ꝙ ad euangelicā istam pertinere non possit: carnaliter orat: ꝙ nescio quo modo: non dicatur Illicite quando renatos dominus nō nisi spiritualiter docet orare: qui autem dicit in oratiōe: Domine multiplica diuitias meas & honores meos auge: & hoc dicit eorum habens concupiscentias: nō id attendens ut ex hiis secūdum deum prosit hominibus, puto eam non inuenire in oratione dominica: quo possit hec uota aptare: quamobrem: pudeat saltem petere: ꝙ nō pudet cupere: aut si & hoc pudet et cupiditas uincit: melius hoc petetur: ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet: cui dicimus libera nos a malo.

Item Aug. de uerbis domini

¶ Videtur etiā iste numerus petitionū septenario beatitudinum congruere: si.n. timor dei est: quo beati fiunt pauperes spū: quoniam ipsorū est regnum celoꝝ, petamus ut sanctificetur: in hoibus nomen dei timore casto permanēte i secula seculoꝝ. si pietas est qua beati sunt mites, petamus ut ueniat regnū eius ut mites camus nec resistamus. si scientia est qua beati sunt q̄ lugēt oremus ut fiat uoluntas eius sicut in celo & in terra: qui cū corpus tanquā terra spūi: tanquā celo consenserit: nō lugebimus: si fortitudo est qua beati sunt qui esuriunt: oremus. ut pāis noster quotidianus detur nobis hodie quo ad plenissimam facultatem uenire possimus. si cōsilium est quo beati misericordes quoniam ipsorum miserebitur dimittamus debita ut nobis nostra debita dimittantur. si itellectus est quo beati sunt mūdo corde, oremus

non induci in tẽtationem: ne habeamus duplex cor: temporalia: & terrena sectando: de quibus tentationes fiunt nobis. si sapia est qua beati pacifici quoniam filii dei uocabuntur: oremus ut liberemur a malo: ipsa .n. liberatio liberos nos faciat filios dei. Auggust.

Expositio scti Bonauenturę super orationẽ dñicalẽ.

¶ Pater .i. tu es ille qui filios spũales progeneras mediãte uiuificatiuo germine: tunc ergo ero uere filius tuus: qñ te uero amore cõstringam: et quando diligam te: constringam te intimis uisceribus: similiter per hoc q̃ dicit̃ noster .i. tu es ille qui latissime diffundis bonitatem: si ergo uere te amarem, tunc aliquid in me tuę latissimę diffussionis stillares. O quando te tam ardenter amabo ut tua lata bonitas in me aliquantulum appareat. similiter p̃ hoc q̃ dicitur in celis & sic de aliis oĩa anagogice transferẽdo: & sic per meditationem præuiam. per istas aspiratiões affectio amoris paulatim accẽditur: & sicut stupa radio solari exposita primo exsiccatur: & statim accenditur: sic per istas aspirationes dilectum prouocantes ad mẽtis eleuationem affectio sustolatur: sic dicatur. pater noster qui es in celis. secundum igitur uirtutẽ predictam sic dicatur. pater .i. tu es ille &c. ut supra. sequitur qui es in celis. o anima mea miserabilis quando ad instar celi clara efficieris & nitida: ut diuersarum uirtutũ sideribus adornata. tunc .n. bone pater in me habitare dignẽter & libenter te sentiam: quando te amore ardẽ

tissimo constringam & per flammam amoris anima mi serabilis plena fecibus expurgabitur: statim in me tunc certissime subintrabis: & mundum conscientie mee hoc peccatum inuenies: sequitur sanctificetur nomẽ tuum. o bone pater. quando tua notitia sanctificabitur. i. sine terra efficietur in nobis miseris: quod tunc erit quando omni carnalitate depulsa tu solus super omnia diligeris. O quando igitur te tenebo: non enim tunc terra in me locum habebit: quãdo tu dulcis pater per tuam gratiam & amorẽ in me habitabis: adueniat regnũ tuũ. ue mihi peccatori uult quandoq; in me habitare & regnare inanis gloria: quandoq; gulositas: quãdoq; luxuria: sed nolo regnare in me nisi te pater bone: tũc uere in me regnares si uere te ardẽter amarem. nam in solo amore ardentis animi ueluti proprio hospitio requiescis. o quãdo igitur per glutinum amoris ardentissimi te tenebo: ut in me regnare incipias: & solus ad regnandum in regno meo tenebrosa aduenias. fiat uoluntas tua sicut in cęlo & in terra. tunc enim uoluntas tua primordialiter efficietur in me quando secundum fragilitatem humanam ego miser uermis terrenus tue uoluntati omnino consentiam: sic illi beati spiritus qui in celis te facie ad faciem contemplantur. sed quis me dulcissime deus tibi faciat consentire: nisi sola amoris uehementia. quę contrarias uoluntates cõpungit: & hominem nouit in te ipso: qui diligeris conformare: & miro modo trransformat a claritate in claritatem. quando igitur te o bone domine ex toto diligam: & glutino dilectionis unitus tibi soli

consentiam? Panem nostrum quottidianum &c. o panis angelorum quando tua refectione dulcissima reficiar: in hoc enim angeli beati uiuunt in patria: quãtum bone pater affectionibus flammigeris te contingunt. o quando panem amoris habebo: ut de eodem cibo in presenti nutriar: quo angeli sancti in gloria saciantur: ut de micis comedam que cadũt de mensa domini mei. O bone pater hunc panem da nobis semper: quia inquietum est cor nostrum donec hoc celesti pane aliquãtulum confortetur: qui ideo quottidianus dicitur: qui in quantum plus comeditur in tantum desiderio quottidiano reficit abundantius. Et dimitte nobis debita nostra &c. o bone creditor: quando debita peccatorum meorũ quoquo modo esse dimissa cognoscam? nam sicut peccatum meum me tibi reddidit inimicum: a te me miserum seperando: sic amor: me uniendo tibi oĩa dimitti congeret: & te mihi quondam offensum placatum efficeret & redderet gratiosum. O quanto igitur te amore cõtingam. ut omni peccato dimisso mihi placatum notitia experimentali te sentiam. Et ne nos &c. O bone pater hoc peto: non de bonitate diffidens tibi inseperabiliter colligari amoris glutino, sciens quod ex quo odor tuæ dilectionis me miserum ad se trahit faciliter: tanto ligamine ligatus sum astrictus: omnia contraria uilipendendo. & te solo inuento: tibi inseperabiliter adherebo. o quis iuuabit me ut te solum astringam: qui solus bonus & dulcis es hospes animæ meæ: modo turbidum: securum efficias. Sed libera nos a malo amẽ:

malo non tantum penę infernalis: sed et purgatorii. Nõ tamen pater hoc peto ut effugiam tormenta: sed ne diu in purgatorio detentus nimis protellatur desideriũ meum faciem tuam plenam gratiarum uidendi: in quam angeli desiderant: semper prospicere: sed si ego te ardenter diligerem: tunc amor is reconcilians penam infernalem per offensa debitã absolueret. si te amarem: sic flamma amoris peccatorum rubigines exureret: ut in ultimo mortis exitu affectionibus flamigeris expurgatus: ad te diu desideratum: sine dilatione mens spiritus euolaret: igitur quando te hoc ardore diligam qui et penam excutiat et a dilatione absoluat: quod ipse prestare digneris, Amen.

Incipiunt uiginti passus siue formule nouitiorum sancti Bonauenture. De informatione spiritualis uite ac uirtute et profectu religiosorum



I uis in spiritu proficere et hoc esse propter ꝙ ut hoc fieres ad scolam uirtutum idest ad religionem uenisti: et ne fias illis similis qui longo tempore in scolis manendo multum tẽporis et sumptus inutiliter consumunt et minime discunt. istius formule compendium ante oculos habeto et ad eius regulam ordina uitam tuam et mores compone et studium impende et tempus expende,

Quod religiosus uolens proficere magistris se debet submittere.

Capitulum. i.



Npritnis semper esto sub tali rectore & magistro: uel si talem habere non potes tu ipse tibi magister esto: qui sit strenuus: ut ad huius formule regulam compellaris: & in nullo tuę proprie uolũtatis libertati relinquaris. Puer enim qui dimittitur uoluntati s[...]e idest puerili lasciuie confundit matrem suam idest religionem. Ideo tot ordines religionum confunduntur: quia pueriles mente sibimet dimittuntur sine freno retrahente a noxiis: & sine uirga ad salubria compellente: aut ex negligẽtia seniorum: aut ex nociua cum

descensione eorum: ne teneros animos frangant seuera coertione. sicut imprudens medicus qui ne contristet, e grum quem curare deberet, patitur nociua comedere: ex quibus grauius & diutius infirmatur: Et cum in uno dissimulantur excessus eius & uitia, cito ab aliis trahitur in exemplum: ut etiam sibi talia impunita permittãtur: quæ uident in aliis sustineri.

Quod peruersi nec uolunt corrigi: nec pati alios apud se fieri meliores.

Capitulum. ii.


Andem adhoc ista mala libertas dilatatur & proficit cum hec a pluribus uident fieri & quasi pro lege & pro iure ordinis defendant: & si quis contrarium dicere aut docere arguendo presumpserit, singularis superstitionis improperium sustineat: & quasi nouum ordinem & insolitum morem inducere uelit & delirus & uanus irrideatur: & onerosus fiat oĩbus & tamquam temerarius iudex alienorum actuum persecutiones amarissimas patiatur. timent enim distorte & a uia dei exorbitantes si parcerent zelantibus pro iustitia & religionis disciplina ad partem suam alio attraherent: & ita paulatim ad ordinis obseruantiam etiã ipsi tandem cogerentur & precauent ardentissime ne ad hoc perueniant et sub specie singularitatis extirpande eiiciunt a se illos: et opprimunt qui desiderant religio-

nem ad statum debitum reformare. Quod uidentes alii quibus hoc displicet qui aliquam bone uoluntatis scintillam habent sed tamen infirmam, terrentur et potius student se illis conformare quos fortiorem partem uident habere in multitudine et potentia quam cum istis tribulari et in super in famari. iuxta illud: et qui recessit a malo predę patuit. Haec omnia experti sumus in nigro ordine uel in aliis: Nunquam autem contingat Nostram religionem ad statum similem: peruenire. Amen.

Quod uolens proficere in nullo debet esse negligens.

Capitmiuu. ii.


Vi tali feruore ad religionem uenit, quod pro omnibus quę mundus ei promittere uel dare potuit: noluit damnari in seculo nec pro diuitiis uel honoribus uel delitiis nec amore amicorum uel proprii corporis dubitauit se tradere carceri penitentiæ propter deum, non debet modo uilior esse quam tunc fuit: ut pro uerbis hominum deserat uiam dei. Iam in eius ingressu existens: a cuius aggressu nec terroribus nec blanditiis potuit auerti: q̃ si times de singularitate notari: & ob hoc aliis odiosus fieri, scias quod nullus sanctorum singularis glorie factus est in celo: nisi qui inter homines hic positus studuit esse.

in sanctitate uitæ singularis: quod tamen de singularita te uirtutum dico: non de cerimonialibus obseruantiis: paruam uel nullam habentibus utilitatem uirtutis: studia autem sanctitatis in his consistunt in cauendo omne peccatum & omne scandalum quantum est in se & insistendo omnibus uirtutibus humiliter: & inquiren do familiaritatem dei per affectum deuotionis internę. Aduersus huiusmodi nulla est bona conformitas per quam hec studia destruuntur. Cum enim pro iustitia si cut & pro fide potius debeamus pati non solum irrisio nes & despectiones sed etiam persecutiones quaslibet & mortem sicut passi sunt sancti ante nos: & patien tur post nos in diebus nouissimis quam fidem deserere uel iustitiam uite peccando relinquere: discamus in par uis uerborum & despectionū tribulationibus ut si gra uiora imminerent nobis pro christo certamina sciamus per patientiam superare: nam qui a leui flatu deiicitur, quomodo stabit a uento maxime tempestatis. hec ad premuniendum cor premisi contra retrahentes a studio proficiendi in uirtutibus quia qui tale studium in se non diligunt uix possunt in aliis secum morantibus æquani miter sustinere: unde sicut illi non dimittunt consuetudi nes suas malas & noxias propter nos: sic non oportet nos bona & utilia studia abiicere propter illos: quia si uolunt ad uitam eternam uenire oportet eos nobiscum uiam dei non suam ambulare.

Quod religiosus non debet intendere ociositati

uel leuitati. Cap. iiii.

NVnquã debes per mutatoria ociosus uagari: nec rumoribus & uerbis ociosis uacare: nec risui: nec scurilitatibus deditus esse. quia hec faciunt mentem uagam & inanem: & licentia istorum dissoluit cor a pondere timoris dei & affectum interne deuotionis exhaurit. non euageris hincinde oculis curiose singula intuendo: quia & leuitatis est indicium: & ea que foris hauris per oculos uel aures strepitum quendã interius suscitant: quo puritas intelligentiæ: que in bonis meditationibus mentem pascit: quasi quodam puluere obscuratur. Quidquid non est tibi necessarium uel utile ad tuum uel alterius profectum pertransi & noli immorari ne cor in eo defigatur uel tempus infructuose in eo expendatur.

Quod religiosus debet se occupare lectione: meditatione: oratione: & operatione. Capitulum. v.

SEmper aliquid tecum defer in memoria ꝙ de deo rumines cogitando & mentis tue intuitum semper in eum defigere stude. sicut docet propheta. prouidebã domino in conspectu meo semper quoniam a dextris est mihi ne cõmouear: hoc enim cõtinet cor apud se ne commoueatur a se per uanam letitiam uel irrationabilem tristitiam. Mũdus enim in quo

fluitamus uariis tempestatum uentis agitatur: & qui non uult nauem cordis sui quassationibus conteri uel undarum influctionibus demergi: uel in exteras plagas uentorum flatibus impelli, aff ligere eam funibus bonarum cogitationum assuescat ad petram immobilem. petra autem est christus: quem funem ut difficile rumpatur ex triplici resticulo componat. ex sanctarum scripturarum deuota lectione: ex sedulę orationis compunctione: ex bonarum actionum humili exercitatione. lectio dat materiam & quasi semē bone cogitationis. oratio rigat & ad perfectum roborat & cor illuminat ad intelligentiam: & ípinguat affectum ad saporem: Bona actio maxime condita pinguedine caritatis & obedientie uel alterius uirtutis letificat conscientiam. & dat fiduciam spei in deum. & si ad horam intercipit deuotionis quietem: tamen meretur postea maiorem dulcedinis infusionem & gratiam puritatis.

Quod cauende sunt uanæ cogitationes & inutiles occupationes. Cap. yi.


Eriatus & uacans caue tibi a uanis & prauis cogitationibus uel permodicum in te morentur: quia cito inquinant cor labe cuiuscunq; uitii: ut luxuriæ: uanę glorię: odii uel aliorum. Item caue ab inutilibus occupationibus: quia tempus perdunt & cor inquietant & utilia impediunt. & deuotionē dissipant: Item a torpore accidię & pigritiæ que mentē te

pidam & corpus delicatum reddunt & ad bona opera desidiosum.

Quod inter homines cauenda est tam ostentatio quam superfluus pudor. Capitulum. vii.


Nter homines existens caue a duobus quo ad te ipsum: Et a duobus quo ad alios. quo ad te caue, ne aliquid facias ut ab eis noteris unde gloriam queras in gestu: in uoce: & sermone: uel in actu. quia peccatum est & uanum. & cum pu as eis placere forte displices: & iudicant te quod inanis glorie cupidus sis: uel forte non aduertunt quod agis: & sic perdis conatum tuum inutiliter & uane. sicut stulti qui pictis imaginibus quasi uiuis hominibus obsequuntur. psalmus. qui hominibus placent. i. placere uolunt uel cupiunt confusi sunt: Item ne pudore superfluo obruaris in his que coram hominibus agere debes loquendo: cogitando: uel aliquid agendo. sed ita liber esse stude coram eis ac si sine eis esses: & si intus uerecundia estuas foris reprime. quia quo magis notabilem te facis ex pudore eo plus considerant te & ita magis confunderis: signum superbie uidetur esse nimis erubescere de illis defectibus quos natura indidit: ut de deformitate corporis uel ruditate uocis & similibus. De utilitate autem uestis uel humilibus obsequiis erubescere in paupere religioso grauis superbia est.

Vigintipassus de uirtutibus bonorum.
De quibus erubescere debet religiosus
uel humiliari in oculis suis.

Capitulum.viii.


Itium uel scandalum erubesce. unde uel deus offenditur uel aliquis scandalizatur. Apud te ipsum erubesce de peccatis tuis: de torpore in seruitio dei: de negligentia bonorum que posses facere & deberes: quod tempus defluit & profectus uirtutum non crescit: de hypocrisi q, foris uis putari melior quam intus te inuenias. quod uitia tua occultas: nō timore nocumenti alterius: sed timore displicendi & ne uilipendaris: quod per bona quę ostendis uis uideri & placere hominibus. ut ex his suspicentur te multo plura & maiora in occulto habere: ex quo talia foras prodeunt. quasi te dolēte quod uix adeo familiarem aliquem habes unanimem quem uelles te in omnibus agnoscere: sicut te ipsum agnoscis: quod etiam fit in confessione quandoq;. & si non audes peccata tua supprimere quin ipsa accuses tamen de illis in quibus te magis displicere times ita ordinas uerba: premittendo: subiugando: colorando, q, minus appareant uerecunda uel si forte plus nude proferis gloriaris. & uis inde apud confessorem sanctus notari: q, tam humilis sis ut te magis quam necesse sit studeas confundere confitendo. Quod cum tēptationibus uitiorum maxime carnaliū: ita desidiose pugnas ut solo timore periculi uel cōfessionis pudore eas repellas: & quātum audes in affectu carnis arrideas solo cōsensu operis & morose delectatiōis excluso. & in hoc maior apparet

peruersitas ꝙ cum facile quãdoq; posses huiusmodi ten
tationes quasi muscas immundas abigere ex negligen-
tia eas permittas crescere & coalescere & conualescere,
donec confortatę iam periculosiores fiunt, & difficilius
uincuntur. & conscientiam sepius pulsando confundũt.
Quod ita desidiosus es ad ea quę dei sunt & ad uirtutes
uel quę ad deuotionis studium pertinent ut pudor hu-
manus plures ex his magis a te uel ex te extorqueat
quam amor diuinus. Quod ita es ingratus dei benefi-
ciis ut non solum debitas non agas gratias pro peccatis
sed etiam gratiam oblatam & paratam in uacuum reci
pias & negligas utiliora: ad que nunc sentis tibi arride-
re gratiam & occupes te uanioribus studiis quasi qui te
xit aranearum telas que non proderunt ad uestimenta
salutis. Quod illa ad que teneris facienda sicut sunt ho-
rę canonice & similia ita negligenter & desidiose persol
uis ut non tam meritum inde speres quam suplicium ex
pectes. quia & si uerba ore ut cunq; proferas, cum corde
tam uagus es & affectu frigidus, quod nec sensum ora-
tionis percipis nec deuotionis affectum: & de ipsis uer-
bis plurima defluunt accelerando: & utinam non mul-
ta transilias omittendo dum non attendas si dixeris uel
non dixeris nisi forte ex coniectura alicuius uerbi quasi
ex caude apprehensione reputes te dixisse: deus autem
& si patienter dissimulat intendere nostras negligenti-
as: tamen non minus odit eas sed integre dinumerat eas
districte diuidicat. seuere puniet nisi nos preueniamus
faciem eius in humili confessione: in forti satisfacione: &

in seriosa emendatione. Quod ad omnia que ad corporis curam uel commodum spectant studiossimius es: Que uero ad spiritus profectus uel ad superne caritatis exhibitionem: uel ad prelati obedientiam: uel carnis castigationem spectant deses es. Quod etiam hos & similes plures aduertens in te defectus non terreris: nō compungeris: non discutis: non corrigis quasi deus aliter tecum acturus sit quam cum omnibus aliis ut mala tua in correcta non puniat. & bona neglecta remuneret: pro his & similibus erubesce apud te & ab aliis ea in diudicari & reprehendi non mireris nec indigneris sed uerecunderis semper: hec et alia plura in me ipso ueraciter recognoscens erubesco et doleo: sed non tantum sicut debeo. et ideo non emendo sicut posse expediret. Ex me ipso autem intelligo quod hec uel aliqua istorum etiam proximo meo inesse possunt: et ideo unusquisq; iudicet et circunspiciat semetipsum. considerans ex uno latere qualis sit maxime quid sibi desit boni et insit mali ex uitio proprio. ex altera parte qualis esse debeat in uirtutibus et moribus bonis. ut ex hoc et humilietur excogitatione defectus sui et prouocetur ad studium proficiendi ad illa que uidet se debere et facere uel habere et deo regratietur si in aliquibus forte ex eius gratia profecerit.

Quomodo religiosus se debet habere ad alios: Capitu. ix.


Vo ad alios caue a duobus: primum ut nõ curiose respicias uel per quiras eorum personas: uultus: Dispositiones: habitum: gestum: facta: uel uerba: uel officia: in quantum enim tibi non attinent ista perscrutari & utilitatis causa ita pertransi. ita cogita ac si essent oues uel alia animalia. ut nihil circa illos occupes uisum tuum uel cor: Alterum ut non iudices uel diuidices de aliis quales sint uel esse possint in mente: in moribus: in merito: uel aliis quia talis discussio uana est & sepissime falsa. imo temeraria. qua in super cor inquietatur & aliquando inquinatur: & conscientia leditur & alia bona negliguntur ex tali occupatione. Et si aliqua uideas uel audias de aliquo que non placent: transi & obliuiscere cito: committens cum sibi & deo maxime ubi ad te non spectat illius correctio ex debito magisterii: uel ex sociali familiaritate uel denunciã di necessitate.

Quod compassio debetur peccatoribus et afflictis primo tamen Christo.

Capitulum. x.


Ompatere cum peccantibus. quasi in tempestate Maris neufragantibus. quia longe miserabilius est: in lacum Inferni demer-

inferni demergi ora pro eis & plora cum potes ex hoc enim mereris ut tu a simili naufragio libereris: beati enim misericordes quoniam ipsorum deus ita miserebitur ut a miseria liberentur: sic etiam omnium miserorum afflictiones animo & oculo compassionis intuere & singula eorum miserias aggrauantia studiose computa: diligenter pondera ut ex his affectus miserationis in te pinguescat: & si quas tu miserias pateris tibi leuiores in eorum comparatione uideantur. Collige etiam ex his que uides passiones & labores & paupertates Iesu christi: qui cum esset diues pro nobis egenus factus est ut illius inopia nos diuites in celestibus essemus.

Que sint communia uitia hominum. Capitulum. xi.


Ria sunt communia uitia apud homines: primum pronitas reprehendendi que in aliis uident & non sunt secundum affectum eorum: Alterum adulatio qua solent sibi inuicem blandiri: laudando: arridendo: querendo quomodo ualeant. cum tamen non curent eos quandoq; ualere: honores inutiles offerendo. & aliis multis modis in quibus non est utilitas nec ex affectu faciunt: sed ex usu ut placeant: tertium est propria gloriatio de seipso. ꝙ ea que facimus: dicimus: sentimus: & summe placent nobis & preferimus ea aliorum factis comendando uel occulte cogitando.

de dignamur si alii non mirentur ea quasi non habeant sanum iuditium & delectamur in laude nostra: & si aliquando nos ipsos accusando humiliamus non pure hoc facimus sed uolumus per hoc astute prouocare alium ad laudem nostri: quasi non debeat pati ut nos uitupe remus quod laudandum in nobis est. uel ad hoc sepe facimus ut humiles reputemur. & saltem ex hoc placea mus si alia placentia non habemus: qui ab his tribus liber esset in magna puritate uiueret & quiete.

Quod munera & curiosa non sunt curanda religioso. Capitulum. xii.



Vlla curiosa habere cures. ut imagines: tabu las: sudariola: pater noster & similia: nec reci pias nec des aliis pro munusculis quia occu pant cor & magistris nostris non placent & facient te notabilem inter ceteros & sepe sine licentia recipiuntur & dantur talia incaute dum pudet eos totiés pro istis re currere ad magistros: species aromaticas non habeas ni si pro euidenti infirmitate non possis carere: qui omni bus rebus peculiaribus carere posset felicior esset quia multam de rationis materiam abscidisset. si autem ali qua iuberis habere ut libros ratione studii & scriptoriola nulla superflua collige uel curiosa solis contentus neces sariis in numero & ualore: ipse habitus tuus & omnia uestimenta tua simplicia sint et inculta: et corpus et ge stus et omnia foris apparétia plana sint et pura: nullum

notabilitatis curiale uel curiosum uel singulariter colore respersum affectes.

Quod iudicia humana
non sunt curanda.
Capitulum . xiiii.

STude humano iudicio nõ moueri nec delectari fauoribus: nec despectu contristari. quia iudicium humanum cecum est frequentius & ignorat ueritatem & fallitur sepissime nec si laudaris ab homine es ideo laudabilior: nec si despiceris es ideo uilior: stultus est qui stulto placere laborat: quia sicut cecus non discernit inter colores nec surdus inter sonos: ita insipiens homo nescit pensare meritorum dignitates: unde cum aliquid agere te contingit estimabile: ut predicare uel simile non anxieris quomodo ad placitum hominum proficias: sed inuocato auxilio dei prout melius expedire secundum deum intelligis stude facere: & si bene successerit: deo adiutori refer gratias: & noli extolli . qa non propter te sed magis propter aliorum orationes & merita datam tibi esse gratiam debes affirmare: Si autem minus bene successerit noli turbari & pudore confundi: sed gratias deo refer qui sic te ab elatione defendit siue autem bene siue minus bene successerit: statim sic te habere stude intus & exterius ac si nõ fecisses: laudet qui uult uel despiciat, quid ad te: tu tace. excusationes & recusationes quando debemus aliqua huiusmodi

facere: adhoc sepissime fiunt ne despiciamur: uel presum ptuosi iudicemur? qui talia audemus: unde uidetur esse purius & humilius simpliciter facere quod est faciẽdum uel obedientia iubente uel caritate instigante. si placet aliis bene. si non quid est tunc perditum: nam cum oportet te predicare uel simile facere quod aliquid honoris ui detur habere si bene feceris lucrum habes de profectu laboris tui. Si minus bene iterum lucraris meritum humiliationis tue & quod post hoc minus ad huiusmodi cogeris ab his quibus non placuisti: omnes sumus alterutrum expositi ut alter alteri placeat uel displiceat: unde cum in mea non sit potestate ut tibi placeam sed in tuo arbitrio uel affectu quomodo tibi dare nō ualeo: si multum laboro tibi placere: forsitan non proficiam: quia aliter iuditium tuum dirigitur: & ideo nihil in hac parte melius uideo quam ut soli deo studeat homo placere & proximum non scandalizare uel scienter offendere: & committere deo si hominibus placeat uel displiceat humiliter et patienter. iuxta illud. Mihi pro minimo est ut a uobis iudicer etc. quibus enim adscribe ipsorum beniuolentie non tue probitati. Quibus autem displices attribue tuo merito et cogita quod si extantillo eis displices sicut exterius cognoscere ualent in te uilitatem tuã: quid fieret si radicitus prospicerent omnia uitia tua et peccata et inhonesta queq; mirum si non eiicerent uel lapidarent te. Pro me loquor: nunquam tantum a fidelibus despectus sum: sicut despicabilis in ueritate sum. Vnde non debeo indignari cum aliquando despicior:

sed mirari & reputare pro beneficio dei quod non omnibus odiosus sum.

Quod detractio est per patientiam superanda. Capitulum. xiiii.

ET cum detrahi tibi intelligas non mouearis: quia si uerum est quod dicitur non est inconueniens hoc loqui homines quod tu facere ausus es: si autem uerum non est non nocet tibi eorum oblocutio. uelut si albus esses quod esses & non aliud: & si quis estimaret te capram esse tamen non esses. si autem ad primos motus huiusmodi aduersitatum turbaris & inflammaris ex ipatientia: reprime iram & sustine ad modicum: sicut qui sustinet ustionem cauterium uel sectiones chirurgici: cogitans utilitatem patientie: & cito sanari incipies & melius habere: imo hoc ipsum expugnare intus ac exacerbari magne utilitatis est: quia est purgatio peccati: uitii lima: exercitatio uirtutis: meritum glorie preparatio pacis: Non coronabitur nisi qui legitime certauerit,

Quod nullus debet odiri nec despici malus propter spem correctionis: Capitu. xv.

RAncorem ergo nullum in corde retine ad omnes mite cor & pacificum habere stude: nec pro tua offensa nec pro illius uitio aliquem

odito. nec fias cum illo sub specie zeli pariter uitiosus: si non conuenit tibi eius habere familiaritatem propter uite eius deformitatem sic displicear tibi malum quod habet ex se ut non sit tibi bonum execrabile quod est ex natura in presenti: uel ex gratia forsitan in futuro. Multi enim mali: fiunt postea boni: quod de omnibus uiuētibus est sperandum.

Quomodo sit conuersandum cum illis qui hominem odiunt & per sequuntur.
Capitulum. xvi.


Vod si aliquis te odiret & detraheret & niteretur confundere & grauare: cum eo in similibus si uis contendere: nō uincis cum nec placas sed prouocas: sicut qui canem latrantem minando prouocat ad mordendum: qui si latratus eius non aduertendo transiret citius compesceret eum ut abiret: nam cum hoc intendat omnis aduersarius ut molestet & prouocet illum cui aduersatur si uidet te exacerbari: & contristari habet quod querit: & tanto fortius instat: quomodo te grauet: quanto plus uidet ualere conatus suos ad id quod intendit: si autem uiderit quod patienter sustines & per transis ac si non sentias confunditur in se ipso: & confringentur tumentes fluctus eius & ex indignatione sua quiescet: uidens quod non ualet efficere quod quærebat: ut sic te conturbaret uel certe confu-

sus compungetur & corrigetur exemplo patientie tue emendatus: quod si forte obstinatus nec corrigitur nec desistit te persequi: disce aliquid pati pro domino: quia ille qui tibi aduersatur grauius torquet semetipsum quã te: qui autem seipsum morderet & laniaret in odium tui quid te lederet: imo te de se uindicaret & ipse nõ tu mor suum uulnera sentiret: Ita sentias & de illo qui te odit se laniat non te: unde tu habeto pacem tecum & aliena malitia non tibi nocebit: quod & si uerba mala & contumelias tibi intulerit: discere debes ut omnia uerba pro sono habeas transeunte nisi quantum uales ex eis edificationis capere: sed inquantum perturbare possunt & scandalizare: sint tibi ut auium garritus & latratus canum: hoc cum audis pertransis & non curas. noli similis illi fieri qui tibi detrahit quia sicut in illo odibile est uitium detractionis: Ita etiam esset in te. Nemo autem in odium aduersarii sui sibi met præcidit nasum: uel eruit oculos: sic nemo sapiens deturpat seipsum ut sic se uindicet de inimico: quia tunc non tristitiam sed letitiam conferret inimico: si patienter fers iacula aduersantis alii cõpatientur tibi & ĩpugnabunt pro te aduersarium tuum: te tacente & diligent te amplius: si autem te uindicare uolueris & defendere resistendo aspicient & despicient uos pariter mordentes & scandalizabũtur in utroq;: doctrina christi magistri domini nostri est: cuius te esse discipulum professus es in professione regule diligere inimicos: benefacere odientibus nos: & sic nostra benigni

tate uincere illorum malitiam: sicut ipse malos mutat in bonos: patienter eos ut conuertantur expectando & beneficiis alliciendo.

De illis qui magis uolunt alios corrigere quam se emendare.

Capitulum. xvii.

COrrige in te quod in alio reprehendis & doce te quod utile unicuiq; agnoscis: feruor tuus agat in te prius. & ita inflamatus alios calefac. tu tibi proximus esto in correctione tui: regula ingenii tui & zelus iustitie tue primo formet te i exemplar artis tue aliis imitandum. Ostende in proprio opere tuo cuius peritie sis in opere alieno. Quidam sciunt multa in aliis corrigere: & uitam aliorum ordinare: in se ipsis autem multa incorrecta relinquunt: nec minimam diligentiam adhibent ut proprium statum ordinent ad profectum uirtutis: quandoq; somniant: si essent in tali statu: uel officio: uel dignitate: quam bene uellent illam disponere: suum autem statum in quo iam sunt nec sollicite discutiunt nec emendant: si aliquando admoniti per alium: uel ex casu forte ad se reuersi: cogitant se ad meliora extendere: nec proinde disponunt qualiter hoc faciant: uel in eo quod prouident non perseuerant: consuetudine dissolutionis & tepore

eos ad solita reuocante.

Quod sensus & cogitationes domande sunt ne per licentiam insolescant.

Capitulum. xviii.


Sto tui met potēs ut statim ad nutum rationis assu. scas tam cogitationes cordis quam membra & sensus corporis a noxiis retrahere & in bonis studiis occupare: Oculos: manus: linguam: auditum: & cogitatum: quasi infreno manu tene: ne insolenter euagentur extra discipline terminos: quia sicut auis uel bestia ex coertione domitatur: rursus ex relaxatione fiunt in domita: Ita & sensus exteriores & cogitationes & affectiones interiores: nisi sub districta cautela refrenentur: ex libertate licētia insolescunt: ita ut postea difficilius redigantur sub rationis magisterio: quam in principio conuersionis: inde est quod peruersi difficilius corriguntur: quam nunquam adhuc conuersi: sicut animalia difficilius domantur uel māsuescunt in senectute quam in iuuentute: & sensus iuuenum capacior est scientie quā senum: & inueterata arbusta in flexibiliora sunt quam recentia & tenera:

De discutione sui & que sunt fugienda regenda reprimenda & toleranda.

Capitulum. xix.


Epissime discute te ipsum & cōsidera statum mentis & corporis quid desit: si deficias uel proficias: quid impediat profectum: & quomodo illi obuictur: aut declinando: aut resistendo: aut tolerando. Peccata declinanda sunt et fugienda. uitiis in pugnantibus resistendum: officium uel alia occasionaliter impedientia regenda et ordinādat discrete ad profectus materiam: aduersitas toleranda et per usum tolerandi fit magis tolerabilis: et ideo tam odiosa est nobis aduersitas: quia nolumus consuescere: si aliquis domesticus tuus uel uicinus tibi fuerit in corde onerosus: illi stude magis obsequiosus esse et affabilis: et cito senties remedium illius morbi.

Quod appetitus quo appetit homo diligi ab hominibus est abiiciendus.

Capitulum. xx.


On multum affectes diligi: quia distractio cordis est: & aquo queris diligi: illi etiam appetis placere & ibi etiam admiscet se & adulatio: & sepe simulatio ne forte displicere incipias et minus diligi: quam desideras uel speraueras. Pauci etiam sunt sibi in sensu & affectionibus & moribus ita conformes: ut non sit aliquando dissensionis materia inter eos: que est dilectionis aduersatrix: item a fœminis uelle diligi: etiam præter tentationis laqueum: & occupa-

tiones materiam: & turbationis occasiones continuas: nota suspitiose obseruationis non carebit: comitte te deo & ab illo diligi stude fideliter: & de aliorum circa te dilectione relinque illorum arbitrio & diuine uoluntati: dilectio hominum fallax est instabilis: facile ledit: & ad modicum utilis: & sepe nociua: si dignus fueris diligeris si autem non est iustum diligi indignum nec ullam ei reuerentiam exhiberi.

¶ Finiunt uiginti paslus de uirtutibus bonorum religiosorum.

FINIS:

¶ Index eorum: que in hoc opusculo continentur qui de litiarum ortus inscribitur eodem ordine alphabeti quo in ipso opere tractantur.

De litera A

De litera B

De litera C

Mediolani anno a Natali Christiano.M.D.ccccc.xv. die nona.Octobris

FINIS.

